DE MARIA MAGDALENA, TRIDUO CHRISTI, ET EX TRIBUS VNA MARIA, ...

Jacques : d'Etaples Le Fèvre, Josse Clichtove



Domino Francisco Molino, Reuerendo sancti Maximini abbati, a secretis et consilio Christianissimi Francorum regis, FRANCISCI primi, ordinario: Iudocus Clichtoueus, professorum Theologiæ minimus. S. D.



Orte putas Reuerende pater libellũ de Magdalena dignitati tuæ nuncupatum, a theologis nostris non satis fuisse acceptũ, prę sertim hac in parte qua tres mulieres fuisse disserit: Peccatricem inquam, Mariam Magdalenam quæ a Galilæa dominum sequebatur, & Mariam Marthæ sororem, quæ passim & vulgo vna sola creditur. Verũ adeo non male acceperunt plurimi, & maxime ij qui in vestigãda veritate sunt diligentiores: vt etiã probauerint, & in eam sententiam venerint facillime. Ingenue etiam fateor, rem plęrisq; nouã visam fuisse: præsertim hac nostra ætate, qua audiri solita placent, insolita autem etsi vera, haud facile admittuntur. Adde aliquos esse: qui non nisi suo credunt cõsilio, & quod semel asseruerunt, volunt oraculo solidius haberi. Alij autem auctoritatula vna, aut vnius scribentis dicto, vt equus capistro retinentur: & cæteros aspernã-

tur qui ea de re aut dixerunt aut ſcripſerunt, omnemq; aliam ſpernunt rationis indaginem. & hi admodum probandi non ſunt. quibus ſi diſceptatio de Magdalena nõ probatur: haud impendio curæ fuerit. Et vt de meipſo loquar, aliquando eius ſententiæ fui: has tres vnicam fuiſſe Magdalenã. Verum cum libellum euolui, et eius gratia antiquiores ſcriptores luſtraui, factus meipſo diligentior: reperi tam nouũ & pene paradoxũ ante tempora Gregorij fuiſſe, ſi vnica aſſereretur, q̃ nunc cum tres aſſerũtur, & non vna ſola. Nam Irenei martyris Lugdunenſis Epiſcopi (cui Euſebius Cæſarienſis, & omnes antiqui: grauiſſimum ferunt teſtimonium) tertium ſectarum librum peruoluẽs: in caput incidi, prænotatum de ijs quæ in euãgelio per ſolum Lucam cognouimus. Et legẽs: comperio ſic eum de Luca loquẽtem. Plurima & magis neceſſaria euangelij, per hunc cognouimus. Sicut Ioannis generationem. Hiſtoriã de Zacharia. Aduentum angeli ad MARIAM. Exclamationem Elizabeth. Angelorũ ad paſtores deſcenſum. Annæ & Simeonis de CHRISTO teſtimonia. Q? duodecim annorum IHESVS in Hieruſalem relictus ſit. Baptiſmũ Ioannis: & quot annorum dominus baptizatus ſit. Et ſubdit. Et hæc omnia per ſolum Lucam cognouimus: & plurimos actus domini per

Ireneus



hunc didicimus. vt multitudinem piscium quã concluserunt ij qui cũ Petro erant: iubente domino vt mitterẽt retia. Et deinde ꝙ apud Pharisæũ, recũbente eo: Peccatrix mulier osculabatur pedes eius, & vngebat vnguẽto, & quę propter eam dixit ad Simonẽ dominus de duobus debitoribus. Et plęraq; alia: quę inserit Ireneus, euãgelio Lucæ peculiaria. Si igitur per solũ Lucã de Peccatrice cognouimus, vt sãctus martyr Ireneus & maiores nostri sensere, & per eũdem Lucam & per cæteros, de Maria Magdalena quæ IHESVM sequebatur a Galilæa, et de Maria sorore Marthę nouimus: recte fit vt Peccatrix, neq; fuerit ea quę sequebatur dominũ a Galilæa, neq; Maria soror Marthæ.

Cęterũ pręter testimonia in hoc libello citata: lego Origenẽ in homilia tricesima quinta, super id Matthęi. Dixit IHESVS discipulis suis. Origenes Scitis quia post biduum pascha fiet. Quæ (inquit) secũdũ Lucã est: plorat, & multũ lachrymat, et pedes IHESV lachrymis lauat. Quæ autẽ secũdũ Ioannẽ est Maria: neq; peccatrix, neq; lachrymans introducitur. Forsitan ergo quis dicet quatuor fuisse: de quibus cõscripserũt Euãgelistæ, Ego autẽ: magis cõsentio tres fuisse. Hæc Origenes. Et cum dicit. Ego autẽ magis consentio tres fuisse: constat eũ tres fuisse nihil dubitasse. Neq; Origenis testimoniũ

hac in parte reijciendũ censeri debet: ꝙ (vt sentiunt plærigꝫ) quædã minus cõsona pietati orthodoxę fidei, in nõnullis suis operibus scripserit. Nã Gelasij Papæ decreto, Origenis opera quæ sacer Hieronymus non repudiat: ecclesia catholica legẽda suscipit. Atqui homilias Origenis in canticũ canticorũ Hieronymus nõ modo nõ refutat: sed & miris effert laudibus, ita de eo scribẽs ad Damasum Papã. Origenes cũ in cæteris libris omnes vicerit: in cantico canticorũ ipse se vicit. Quinimo quatuor Origenis homilias in illud æterni spõsi & dilectę spõsæ epithalamiũ: Hieronymus ipse e gręco interpretatus est, atqꝫ in latinum vertit eloquiũ. Insuper: ipsius Origenis homilias in Matthæũ, idem Hieronymus in prologo explanationis Origenis in Lucã, magnopere cõmendat. Qua igitur fronte (ne dicam impudentia) audẽt nõnulli, testimonia in hoc libello ex Origene adducta repellere vt hæresin sapiẽtia? cũ in hisce operibus ex quibus desumpta sunt ea dicta: approbetur ab eruditissimo, & grauissimæ auctoritatis doctore Hieronymo. Quapropter desinant obsecro quidam obtrectare, & quasi hæreticos dehonestare eos, qui tres fuisse dixerunt duntaxat: cum illa sit & sanctorum et maiorum nostrorũ assertio, & hæc materia non sit hęreseos, & eos potius prosequi debeamus be

Hieronymus

neuolētia, qui laboribus suis obscura illustrāt, aut lapsa erigunt, restituuntq; antiquitati, quæ probe posteris reliquerant. At ecclesia recepit vnam esse et non tres. Sed nonne erat ecclesia tēporibus Irenei, Origenis, Eusebij, Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosij? Verūtamen tūc plures recipiebat. An nunc alia? At quomodo alia? cum scriptū sit. Vna est colūba mea: perfecta mea. quod de ecclesia, bona pars exponere solet. Verum esto nunc ecclesia toleret tres sub vno nomine celebrari, & officia earum confundi: nūquid iccirco vna sola erit? Et Gregorius in homilia nō tam asserit vnicā esse: q̄ tres sub vno nomine tangit. Addes, Ecclesia canit. Fateor: & plęraq; alia, quæ nec asserit nec recipit. Canit enī in theophania, id est diuinæ apparitionis celebritate: id homilię Gregorij. Sed quę rēdum nobis est: quidnā sit ꝙ redēptore nato, pastoribus in Iudęa āgelus apparuit. Et paulo post respondet. Quia videlicet Iudæis tanq̄ ratione vtentibus, rationale animal, id est angelus, prędicare debuit. Hæc Gregorius. Sed an ecclesia recipit id Platonicum: angelū esse animal rationale, contra id euāgelij dictum, Spiritus carnem & ossa non habet? Et quanq̄ ecclesia illud neq; probat neq; recipit: permittit tamen in toto orbe Romano passim legi. cū omnis schola, et teneat & asserat oppositū: angelū

Canticum 6

Gregorius

Lucas 24

ſcilicet nō eſſe animal rationale,neq; oino animal. Et ſentit Gregoriū,obiter id pronūciaſſe potius,q̄ aſſeruiſſe,vt et plęraq; alia: de quorū numero,et id de Magdalena in homilia dictū eius,exiſtimādum eſt. Hoc adieci: ne quis cōtinuo putet irrefragabile eſſe,quicquid aut in ecclesijs canitur,aut in homilijs continetur. Hoc profecto ſcripturarum genus: longo interuallo ſacrarū ſcripturarū quæ canonicæ dicuntur,ſequitur dignitatē. At populus ſcādalizabitur ſi tres audierit:cū ſemper ei vnica p̄dicata fuerit. Veritas nō ſcādalizat:ſed falſitas.veritatis autem lux: illuminat animas,& ad ſalutē ædificat. Et id falſum: ſemper vnicā annunciatam fuiſſe. Nam & pauci anni fluxerunt:vir quidā inſignis eloquentiæ, dignitatis & religionis,in oppido Inſulenſi tres fuiſſe palā annūciabat, & in multis alijs locis. Quod & in Gallia Celtica etiam ſæpius factitatū audio. Et ſæpe hic Pariſijs,varijs in locis prædicatū: Mariam ſororem Marthæ non fuiſſe illam publicam Peccatricē,ſed ſanctam,incontaminatā,et virginē. qđ & magis credo. Sed et hāc, ſuper Magdalena etiā in Italia verſari cōtrouerſiā, Baptiſta Mantuanus in ſuis Faſtis teſtatur: ita ſcribēs. Mātuanus

Sūt qui turpe putēt,Marthæ infamare ſororē.
Sed memorant alia quandam de gēte puellam
Nominis eiuſdem: cui ſic illuſerit, illa

Tempeſtate venus, iuuenum teterrima peſtis.
Gregoriūq; volunt, fœdi qui criminis auctor
Extiterit, peccaſſe: velut peccaſſe Maronem
Dicimus, ob læſum caſtæ Didonis honorem.
Et ſe nolēs huius cōtrouerſię facere cēſorē: ſub-
Et ſeu peccatrix fuerit, ſeu neſcia culpæ: (dit.
Non dubitamus, eam mēſis accūbere diuum.

At dices, ſi populus nō ſcādalizabitur: attamē ſi tres ponantur, eius deuotio minuetur. Immo creſcet. Et peccatores, cū viri tū mulieres, ad Peccatricē recurrent: vt illis exoret peccatorū ſuorū veniā. Et pię matronæ CHRISTVM deuotione ſequētes, & mēbris eius per opera miſericordię miniſtrātes: ad Mariā Magdalenā quę a Galilęa ſequebatur dominū, ei de facultatibus ſuis miniſtrās. Sāctæ vero virgines quę interno puritatis hoſpitio IHESVM recipiūt, atq; ad pedes eius ſuauiſſima verborū ipſius cōtēplatione paſcūtur: ad Mariā Marthę ſororē, virginē, CHRISTI hoſpitā. Nō eni vnq̄ legitur Martha habuiſſe virū: tāto minus Maria ſoror eius, natu minor. Et his ferme diebus cum quidā modeſtus adoleſcens pro honeſta cōſuetudine litanias virginum oraret: audiui eum ter, Sancta Maria Magdalena, replicantem. Et interroganti mihi cur ter replicaret: reſpondit ſe primo cogitare Peccatricē, ſecūdo Mariam Magdalenam quæ a Galilęa ſequebatur dominū, tertio Mariam

Marthæ ſororẽ. Enimuero hic modeſtus adoleſcẽs, iã ex auditu ꝙ plures eo nomine eſſent ſanctę mulieres: deuotionis acceperat incremẽtum. quod & quicũqꝫ modeſto fuerint animo: arbitror potius facturos. Et meditando: ordinẽ obſeruabat ingenuus ille puer, qui ponitur in Luca. Nam cap. ſeptimo: de Peccatrice tangit. Capite octauo: de Maria Magdalena quæ a Galilæa ſequebatur dominũ. Et cap. decimo: de Maria Marthæ ſorore. Sed & vnus theologorũ admodũ inſignis literaturæ & doctrinæ, mihi narrare ſolebat: ad ſe veniſſe quandã mulierculam ex ijſce forte deuotulis & ſciolis quæ ſermones frequentant, & quæ ſemper diſcũt & nunꝗ ad agnitionem veritatis pertingunt, & tanꝗ exploratricem, eum percontatam fuiſſe. Nomen (inquit) Magdalena mihi eſt. tres autem aiunt eſſe: cuiuſnam illarum trium exiſtã? Ille vero, vt facetus erat: reſpondit. Haud dubito, Peccatricis. Non enim aliqua eſt Mariæ ſororis Marthæ: niſi virgo ſit & hoſpita CHRISTI, illumqꝫ intimo ſuſcipiens puri cordis hoſpitio. Neqꝫ Mariæ Magdalenę a Galilea: niſi ſequens CHRISTVM conſimili modo, & pro virili de ſuis facultatibus ei miniſtrans. Illa vero: erubeſcens, receſſit. Vides igitur humaniſſime Pater, quomodo hæc aſſertio, nihil pietati et verę theologiæ aduerſetur: quin ma-

gis deuotioni ſuffragetur & veritati. vt intelligas nõ tam theologos, q̃ addictícios quoſdam aut veritatis indagandæ incurios: hanc ad te ſcriptam de Maria Magdalena diſceptationẽ culpare. Et minus culpare poterunt: quod tam pie q̃ vere adiectum eſt ab eodem auctore, de Anna & filiabus Annæ.

Vale felix.

SEQ. VENTIS
OPVS
CV
LI
INDEX

INDICIS

FI

NIS

IACOBI FABRI STAPVLENSIS, DE Maria Magdalena, Triduo CHRISTI, Et ex tribus vna Maria, disceptatio: ad Magnificum virum D. Franciscũ Molinũ, Christianissimi Frãcorũ Regis FRANCISCI Primi Magistrum.



Nterrogasti me Clarissime FRANCISCE, quidnam de Mariæ Magdalenę vnitate pluralitateve sentirem: ego vero respõsionem tunc paucis absolui, tres (mea sentẽtia) nomine Mariæ Magdalenę celebrari solitas. & quod singulatim cuiq; conuenit, omnibus: & quod omnibus, singulatim cuiq; tribui solitũ. & plęrosq; insignium etiam scriptorum: de illis confundere intelligẽtiam, vitam, & officia. & eius rei veritatem: a sacris eloquijs potius, q̃ ab auctoribus, aut ijs qui nunc aut scribunt, aut ad populum verba faciunt, esse requirendam. de posteris autem non fero iudicium: quin potius putauerim, eos facile vero acquieturos. ¶ Verum hæc mea responsio, tibi noua & non protinus admittẽda, forsitan haud sine causa, visa

eſt:vt qui lõge aliter olim perſuaſus eras,vnicã fuiſſe Mariã Magdalenã,et ego ipſe aliquãdo, ita vt iuxta aliorum placita vt de vna etiã ſcripſeri.Id qđ ferme paſſim vulgoq; receptũ eſt. Quapropter æquũ eſſe duxi, breuitatẽ noſtræ reſpõſionis, ad te ſcriptis extẽdere: vt pro prudẽtia tua tecũ cogites,an poterit dicti mei veritas, nedum veriſimilitudo,apparere. ¶ Princi- 2
pio igitur,tres nomine Mariæ Magdalenę celebrari, Peccatricem inquam,& Mariam Marthæ ſororẽ, & eam a qua dominus ſeptem eiecit dæmonia: oſtendamus oportet. De Peccatrice enim: Gregorius ſuper id euangelij, Rogabat IHESVM quidam Phariſæus vt manducaret cum illo,ad hunc inquit modum. Cogitãti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitẽtia: flere magis libet, q̃ aliud dicere. cuius enim vel ſaxeũ pectus,illæ huius peccatricis lachrymæ: ad exemplum pœnitentię non emolliãt? Ecce peccatricem: Mariam Magdalenam appellat Gregorius. ¶ Et Mariam Marthæ ſororem,nomine etiam Magdalenæ celebrari, adeo receptum eſt: vt nullam præter eam fuiſſe Magdalenam, nunc paſſim credatur. cuius rei fides: etiã ex euangelio capi poſſe videtur, quod & vberius mox aperietur. ¶ Sed & eam a qua dominus ſeptem eiecit dæmonia, nomine Mariæ Magdalenę celebrari: euangelij te-

Gregorius

ſtimonio,nulla cõtrouerſia oriri poteſt. inquit
enim Marcus. Surgẽs autem mane prima ſab- Marcus
bati: apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de 16
qua eiecerat ſeptẽ dæmonia. itẽ Lucas. Et mu- Lucas
lieres aliquæ,quæ erãt curatæ a ſpiritibus ma- 27
lignis & infirmitatibus : Maria quæ vocatur
Magdalene,de qua ſeptẽ dęmonia exierãt. Ecce: quomodo & hęc,nomine Marię Magdalenæ celebratur. Cõſtat igitur & Peccatricem, & Marthæ ſororẽ,ac eã a qua dominus ſeptẽ expulit dæmonia : nomine Mariæ Magdalenæ celebrari. ℂ At nũc ſecundũ euangelij lucẽ:exploremus an vna eadẽq; ſit, mulier in ciuitate Peccatrix, Marthæ ſoror, & ea ex qua dominus ſeptẽ pepulit dæmonia. Ac primũ : Matthęi verba citemus dicẽtis. Cũ autẽ IHESVS Matthæus 26
eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi:acceſſit ad eum mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti precioſi,et effudit ſuper caput ipſius recũbẽtis. Per quæ,certũ eſt: hãc mulierẽ eãdẽ eſſe illi de qua Marcus ait. Et cũ eſſet Bethanię in domo Marcus
Simonis leproſi,& recũberet: venit mulier ha- 16
bens alabaſtrũ vnguẽti nardi piſticæ,precioſi, & fracto alabaſtro fudit ſuper caput eius. Nã & tẽpus,& locus,& vnctionis modus: cõueniunt. Sed: & eandẽ eſſe cũ ea de qua Ioãnes meminit in hunc modũ. IHESVS ergo ante ſex Ioannes
dies paſchę venit in Bethaniã:vbi Lazarus fue 12

rat mortuus,quem suscitauit IHESVS.fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero: vnus erat ex discumbentibus cū eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisticæ,preciosi: & vnxit pedes IHESV,& extersit pedes eius capillis suis . & domus : impleta est ex odore vnguenti. Eadē quidem: ex loco, tēpore,vnguenti materia,& consequētibus. Ex loco & tēpore. nā in Bethania : & paucis ante dominicā passionē,diebus. Inquit enī Ioānes.
Ioannes 12 Ante sex dies venit IHESVS in Bethaniam. Ac biduo ante passionē celebratū est hoc con-
Matthæus 26 uiuium : ex Matthæo. Scitis (inquit) quia post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur
Marcus 14 vt crucifigatur. Necnon ex Marco. Erat autē (inquit) pascha,& azyma post biduum. Ex vnguenti materia . siquidem nardo pistica : id est vera,minimeq; adulterina, sed probata & electa. Ex cōsequētibus.nā Matthęus Marcus et Ioānes scribūt: cōtinuo super effusione vnguēti aliquot discipulorū indignatos. Matthęus quidē: hoc pacto.
Matthæus 26 Vidētes autē discipuli,indignati sunt:dicētes,ad quid perditio hęc? potuit enī istud vęnūdari multo:et dari pauperibus. Mar-
Marcus 14 cus autē: sic. Erant autē quidā indigne ferētes intra semetipsos: & dicentes, ad quid perditio ista vnguenti facta est? poterat enim vnguentū istud venūdari plusq̄ trecētis denarijs : & dari

• pauperibus. Ioãnes vero: hoc modo. Dixit er- Ioannes 12
• go vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes: qui
• erat eũ traditurus. Quare hoc vnguentũ nõ vę
• niĳt trecentis denariĳs: & datũ est pauperibus?
Et apud omnes, Matthæum, Marcum, & Ioã-
nem: mulier eo facto irrepræhensibilis, aduer-
sus calumniatores, dominũ habuit defensorẽ.
Quibus fit vt ea quã hic Matthęus & Marcus
nomine cõmuni mulierẽ solũ vocãt, & Ioãnes
proprio Mariã: vna eadẽq; sit. Verũ hãc Ma-
riã, Marthæ sororẽ fuisse: idẽ Ioannes aperuit
, pauloante in suscitatione Lazari, dicens. Erat Ioannes 11
. autẽ quidã languẽs: Lazarus a Bethania, de ca
. stello Mariæ & Marthę sororis eius (eius scili
cet Mariæ. nã eius id est ἀυτῆσ: fœmininum
. est) Maria autem erat quæ vnxit dominũ vn-
. guento, et extersit pedes eius capillis suis, cuius
. frater Lazarus infirmabatur. Quin & eandem
recte dici Magdalenã: satis insinuat, cũ dicit,
de castello Mariæ, & Marthæ sororis eius. nã
Magdalon: castellũ, arcẽ, turriq; designat. per-
indeq; sonat Maria Magdalena: atq; Maria a
castello siue a turre. Neq; hic referat: ꝙ κώμην,
pagum & castellum interpretari soleant. nam
& nobilissimæ illi fœminæ sorori Marthæ,
pyrgus esse potuit in Iudæa: a quo, ꝙ ibi aut
nata sit aut educata, id sibi cognomentum, Ma
gdalenam, contraxerit. Hæc ergo soror Mar-

thæ: proculdubio Maria Magdalena existit.
¶ Verũ illa quoq; de qua dominus septẽ eiecit 4
dęmonia: Maria Magdalena apud Marcũ &
Marcus 16 Lucã & Ioãnẽ aperte nominatur. Sic eñi Marcus. Surgẽs autẽ mane prima sabbati: apparuit primo Marię Magdalenę, de qua eiecerat septẽ dęmonia. Sic Lucas. Et factũ est deinceps:
Lucas 8 & ipse iter faciebat p ciuitates & castella, prędicãs et euãgelizãs regnũ dei, et duodecĩ cũ illo, & mulieres aliquę q̃ erãt curatę a spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria q̃ vocatur Magdalene de qua septẽ dęmonia exierãt, et Ioanna vxor Chuzę procuratoris Herodis. Sic &
Ioannes 20 Ioãnes. Vna autẽ sabbati, Maria Magdalene venit mane, cũ adhuc tenebræ essent ad monumentũ: & vidit lapidẽ sublatũ a monumẽto. Et rursum de eadẽ. Venit Maria Magdalene nũcians discipulis, quia vidi dominũ: & hęc dixit mihi. de eadem inquã Maria Magdalena: ex qua septẽ eiecta sunt dæmonia. nã ea fuit: quæ
Marcus 5 primo nũciauit. Illa (inquit Marcus) vadens: nũciauit ijs qui cũ eo fuerãt, lugentibus & flentibus. & illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea: non crediderũt. ¶ Nũc autẽ & Mariam 5
Marthæ sororẽ nõ fuisse eam Mariã Magdalenã ex qua dominus septẽ eiecit dęmonia: ostẽdamus oportet. Id q̃d facile fiet: si euãgeliorũ seriem, quę scriptura est spiritus et veritatis, di-

ligēter consyderemus. Dicit enim Matthæus. Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulchrū. & ecce: terræ motus factus est magnus. angelus enim domini: descē dit de cœlo. Et subdit. Respondens autē angelus, dixit mulieribus: nolite timere vos. Scio enim: ꝙ IHESVM qui crucifixus est, quæritis. nō est hic. surrexit enim: sicut dixit. Venite: & videte locum, vbi positus erat dominus. & cito eūtes, dicite discipulis eius, ꝗa surrexit: & ecce pręcedet vos in Galilęā. ibi eū videbitis. ecce: prędixi vobis. Et exierūt cito de monumento, cū timore & gaudio magno: currētes nunciare discipulis eius. Ecce Maria Magdalena: quæ vidit sepulchrū (domino iā suscitato) admonita ab angelo. & quæ credēs dominū surrexisse: territa licet, gaudēs tamē, currit vt nūciet discipulis. Et de eadē: scribit Marcus. Et cū trāsisset sabbatū: Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salóme emerūt aromata, vt venientes vngerent IHESVM. & valde mane vna sabbatorum: veniunt ad monumētum, orto iam sole. & dicebant adinuicē: quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? Et respiciētes: viderūt reuolutū lapidē. erat quippe: magnus valde. & introeūtes in monumentum: viderūt iuuenem sedentē in dextris, coopertū stola candida, et ob-

Matthæus 28

Marcus 16

ſtupuerunt. qui dixit illis: nolite expaueſcere. IHESVM quæritis Nazarenũ, crucifixũ: ſurrexit, nõ eſt hic. ecce locus: vbi poſuerũt eum. ſed ite, dicite diſcipulis eius & Petro: quia præcedet vos in Galilæã. ibi eũ videbitis: ſicut dixit vobis. At illæ exeũtes: fugerũt de monumẽto. inuaſerat enim eas tremor, & pauor: & nemini quicq̃ dixerunt. Ecce ſimiliter Maria Magdalena: de qua proxime factus eſt ſermo. Et quod

Marcus 16 adiecit Marcus (Inuaſerat enim eas tremor, & pauor: & nemini quicq̃ dixerũt) intellige: nihil reſpõderũt angelo, nec tũc inter ſe quicq̃ locutæ ſunt, nõ autẽ poſtea, ſedato timore. nã dixerũt diſcipulis: vt Matthæus teſtatur, & ſubinde Lu-

Lucas 24 cas dicẽs. Vna autẽ ſabbati valde diluculo: venerũt ad monumẽtũ, portãtes q̃ parauerãt aromata. & inuenerũt lapidẽ reuolutũ a monumẽto: & ingreſſæ, nõ inuenerũt corpus dñi IHESV. & factũ eſt dum mẽte conſternatę eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterũt ſecus illas in veſte fulgenti. cum timerent autẽ, & declinarent vultũ in terram: dixerunt ad illas. Quid quæritis viuentem cum mortuis? Nõ eſt hic: ſed ſurrexit. Et ſubdit. Et egreſſæ a monumento: nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant: quæ dicebant ad apoſtolos hęc. Nec ſolũ nun-

ciauerunt apostolis: sed et ex Matthæo, domi-
ni occurrentis sibi in via, sacros amplexatę sũt
pedes, sic de eisdem inquiente. Et exierunt cito Matthæus
de monumento, cum timore & gaudio magno: 28
currentes nunciare discipulis eius. & ecce IHE-
SVS occurrit illis, dicẽs. Auete. illæ vero acces-
serũt: & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt
eum. tunc ait illis IHESVS. Nolite timere. ite:
nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam.
ibi me videbunt. ¶ Neq; quicq̃ obturbet, ꝙ
Lucas ponit duos angelos, Matthæus autem
& Marcus vnius mentionẽ faciunt: cum vnus,
multitudinem nõ excludat. Nam & vnus erat
qui eas allocutus est: & qui incomitatus ad
tantum sacramẽtum nunciandum minime ve-
nerat. Verum Matthæus & Marcus, de loquẽ-
te solum meminerunt: Lucas autem & Ioan-
nes, de loquente pariter atq; comitante. Et cũ
ait Lucas dixerunt, & Ioannes dicunt: nolunt
vtrũq; simul locutũ esse, & alterutrum alterius
interturbasse sermonem, aut alterũ postea eũ-
dem resumpsisse. sed designãt ipsos: ad id my-
sterij, diuiña legatione missos. Nam cum prin-
cipis cuiuspiam legatorum vnus, non quidem
incomitatus, sed solus locutus sit: dicere solent,
dixerunt legati principis. Pari modo: & cum,
scandente domino in cœlum, scribitur (Cumq; Acta
intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo 1

viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerũt. Viri Galilæi: quid ſtatis aſpiciẽtes in cœlũ? hic IHESVS qui aſſumptus eſt a vobis in cœlũ: ſic veniet, quẽadmodũ vidiſtis eũ euntem in cœlũ) vnus, vicẽ duorum loquendo impleuiſſe intelligatur. Hęc igitur quę ſupra allata ſunt, de ea quę comitata inuiſit ſepulchrũ: de vna eademq; Maria Magdalena dicũtur. ❡ Sed age & aliam eſſe Mariam Magdalenam ab illa a qua ſeptem eiecta ſunt dæmonia: euangelij teſtimonio, cui ſenſum hominis quiſquis is ſit, præferre nefas & impium, nunc monſtremus. Nam Marcus vbi de pauloãte dicta Maria Magdalena mentionem fecit, continuo de altera Maria Magdalena ſubnectit ſermonẽ, cui ad diſcretionem prioris, adijcere videtur, de qua dominus ſeptẽ eiecerat dęmonia, quaſi dicat non de illa Maria Magdalena priore, ſed de ea Maria Magdalena a qua dominus ſeptem eiecerat dęmonia. Eius verba ſunt hæc.

Marcus 16 Surgẽs autẽ IHESVS mane prima ſabbati: apparuit primo Marię Magdalenæ de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia. illa vadẽs: nũciauit ijs qui cũ eo fuerãt, lugẽtibus & flẽtibus. & illi audiẽtes quia viueret, & viſus eſſet ab ea: nõ crediderũt. Et de hac ipſa: dicit Ioãnes.

Ioannes 20 Vna autẽ ſabbati, Maria Magdalene venit mane cũ adhuc tenebræ eſſent, ad monumentũ: & vidit lapidẽ

ſublatum a monumēto. Subditq́; Maria autē:
ſtabat ad monumentū, foris plorās. dum ergo
fleret: inclinauit ſe, et proſpexit in monumētū,
& vidit duos angelos ſedentes, vnū ad caput,
& vnū ad pedes, vbi poſitū fuerat corpus IHE
SV. dicūt ei: illi. mulier: quid ploras? Dicit eis.
Quia tulerūt dominū meum: & neſcio vbi po-
ſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet: cōuerſa eſt re-
trorſum, & vidit IHESVM ſtantē, et nō ſciebat
quia IHESVS eſt. Dicit ei IHESVS. Mulier: qd
ploras? quē quęris? Illa exiſtimās qa hortola-
nus eſſet: dicit ei. Domine: ſi tu ſuſtuliſti eū, di
cito mihi vbi poſuiſti eū, & ego eū tollā. Dicit
ei IHESVS. Maria. Cōuerſa illa: dicit ei. Rabo
ni, qđ dicitur magiſter. Dicit ei: IHESVS. noli
me tangere. Ecce hæc Maria Magdalena, ſola
erat: altera Maria Magdalena, multis comita-
ta. nā ſi hęc ſola nō fuiſſet: & aliis quoq; dñs ſi-
mul apparuiſſet, aut certe apparitio ea, illas mi
nime latuiſſet. at primo huic dominū apparuiſ
ſe: ſacra narrat hiſtoria. Altera: cū ſuis territa
fugit. Hęc: minime. Huic: dominus apparuit ī
horto iuxta ſepulchrū. Alteri et comitib⁹ eius:
in via, dū irēt ad diſcipulos. Illa comiteſq; eius
cū erāt apud ſepulchrū, nimio metu aſtrictę: ne
mini quicq̄ dixerūt. Hęc: & āgelos, et dominū
vitę alloquitur. Altera: & comites (vt ex Mat-
thęo viſū eſt) tangūt, tenētq; ſacros dñi pedes.

des. Hæc: ex Ioãne, dominũ tãgere prohibetur. & quid etiã tãgere: nisi certe sacros eius pedes? Certũ est igitur aliã esse Mariã Magdalenã quæ comitata venit, cui dominus ad sepulchrũ nõ apparuit, quę nihil ausa est loqui, quæ territa fugit, quæ primum in via dominũ vidit & pedes eius tenuit, quæ cũ socijs nũciauit discipulis: ab ea Maria Magdalena quæ sola ad sepulchrũ venit, cui primo dominus iuxta sepulchrũ apparuit, quæ audenter inibi locuta est, quæ neq; territa fugit, neq; dominũ vitę in via, sed in horto vidit, & nequaq̃ eius pedes tenuit. ¶ Et ne solus sentẽtiæ huius assertor videar 6
esse: accedat idem sentiens sacer Ambrosius, sic in Lucam de resurrectione domini scribens.
Ambrosius Nescit vna Maria Magdalene, secũdum Ioannem: scit altera Maria Magdalene, secundum Matthæũ. nã eadẽ: ante scire, & postea nescire nõ potuit. Ergo si plures Marię: plures fortasse Magdalenę. cũ illud, personæ nomẽ sit: hoc, locorum. Deniq;: alterã esse cognosce. Illa: admittitur pedes domini tenere, tãgere dominũ. ista: prohibetur. Illa: angelum videre meruit. hæc: primo cũ venit, neminẽ vidit. Illa: discipulis dominum resurrexisse nunciauit. ista: raptũ esse significat. Illa: gaudet. hęc: plorat. Illi: in gloria sua iam CHRISTVS occurrit. hęc: adhuc mortuum quęrit. Illa: dominum vidit & agno-

uit. hęc: nō potuit agnoſcere cū videret. Illa: fi‑
deli adorabat ſpiritu. hęc: dubio mœſtificaba‑
tur affectu. Hactenus, ſacer Ambroſius. Vi‑
des igitur: tā ex ſentētia aliorū q̃ ex ipſo euāge
lio ſumptū, diuerſitatis inter hanc & illā irre‑
fragabile teſtimonium: alioqui ſi tātum vnam
eſſe ſentias, vt & Iulianus apoſtata, Porphyri‑
us, & alia aduerſantium euāgelio inſana turba
voluiſſent: difficile effugias euangeliorum dia‑
phoniam, quę profecto nulla eſſe poteſt. Qua‑
re ſi duæ ſint, vt reuera ſunt: ęquum fuerit, vnā
Mariam Magdalenam ſororē eſſe Marthæ,
& alteram Mariam Magdalenam eam a qua
dominus ſeptem eiecit dæmonia. ¶ Cæterum
Mariam Marthæ ſororem non fuiſſe mulie‑
rem illam in ciuitate Peccatricem quæ ad pe‑
des IHESV ſuorum veniam peccatorum ob‑
tinuit: maiores noſtri (mea quidem ſententia)
rectiſſime ſenſere. Neq; ego ſolus nobilem il‑
lam, natalibuſq; illuſtrem Marthæ ſororem,
ab hac iniuria vindico, q; ſordida fuerit in ciui
tate Peccatrix: ſed et a primitiua eccleſia ſic cre
ditum puto. nam et hanc, venerandā, ſanctam,
& inculpatam fuiſſe, talemq; ſemper habitam,
& nequaquā publicam in ciuitate Peccatricē:
ſcribit Origenes, Homilia prima ſuper Cāti‑
cum canticorum, ſic dicens. In euangelio quoq; Origenes
mulier accipiēs alabaſtrum vnguenti nardi pi‑

ſticæ, precioſi: caput IHESV pedeſq; perfudit. Obſerua (inquit) quæ de duabus, ſuper caput effuderit ſaluatoris. ſiquidem Peccatrix, ſuper pedes: & ea quæ dicitur nō fuiſſe Peccatrix, ſuper caput eius fudiſſe monſtratur. Item ſecūda Homilia, haud ita procul ab initio: idē ſic ſcribit. Nardus mea: dedit odorem ſuū. Loquitur euangeliū, quia venit mulier habens alabaſtrū vnguenti nardi piſticę, precioſi: non illa Peccatrix: ſed ſancta, de qua nunc mihi ſermo. Scio quippe Lucam, de Peccatrice: Matthæum vero & Ioannem & Marcum, non de Peccatrice dixiſſe. Venit ergo: non Peccatrix illa, ſed ſancta, cuius nomen quoq; Ioannes inſeruit. Maria quippe erat habens alabaſtrū vnguenti nardi piſticæ, precioſi: & effudit ſuper caput IHESV. Hactenus Origenes. At certum iam eſt, eam quæ ex Matthæo & Marco effudit vnguētum ſuper caput IHESV, & ex Ioanne etiam ſuper pedes eius, in domo Simonis leproſi: fuiſſe Mariam Magdalenam ſororem Marthæ. ergo Maria Marthæ ſoror: non erat illa in ciuitate Peccatrix. ¶ Et nō neſcio homiliā quādā circūferri nomine Origenis, ſupra id Ioānis, Maria autem ſtabat ad monumentū foris plorās, ſic incipientē. Audiuimus fratres Mariā ad monumētū foris ſtantē: & reliqua. Quę profecto: Origeni adſcriptitia eſt, & eius au-

ctor incertus, Origene tamē lōge posterior, ac omnino sententiam Gregorij secutus, quāuis pio scripserit affectu. Neq; in numero homilia rum Origenis super Ioannem inuenitur: neq; in vetustis habetur exēplaribus, immo rara est & inuentu difficilis, varieq; conscripta veluti adiectitia. vt intelligas hanc homiliam nihil obstare posse: quin Origenes semper senserit Peccatricem aliam fuisse, & Mariam Marthæ sororem aliam. ¶ Cui etiā sententiæ, Chrysostomus succinit: sororem Marthæ sanctam fuisse asserens, super id Ioannis. Erat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ, & Marthę sororis eius. Maria autem erat: quæ vnxit dominum vnguēto. Maria quæ vnxit dominum vnguento: hoc in loco (inquit) nonnulli dubitarūt, cur CHRISTVS id tolerasset. Ad quod, id primum intelligendum: non fuisse hanc, Peccatricem illam de qua apud Lucam scribitur, sed aliam. Illa: meretrix & infamis erat. Hęc: honesta & studiosa. quippe quę CHRISTVM hospitio accipere curabat: eūq; cum sorore diligebat. Hæc Chrysostomus. Chrysostomus

¶ Consimilem habet Hieronymus sententiā: id Matthæi exponens, Accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi: & effudit super caput ipsius recumbētis. Nemo putet (inquit) eandem esse: quæ super caput effudit Hieronymus

• vnguentum, & quæ ſuper pedes. hæc enim:
• & lachrymis lauat & crine tergit, & manifeſte
• meretrix appellatur. de illa autem: nihil tale
• ſcriptum eſt. Hæc Hieronymus. Perſpicuũ igi-
tur eſt, ex ſacrorũ doctorũ ſententia: Mariam
Magdalenã Marthæ ſororẽ, & Peccatricẽ illã,
non vnam eandẽq;, ſed alteram et alteram eſſe.
¶ Quod etiam: ex euangelio facile intelligi po- 8
teſt. nam vbi Lucas cap. ſeptimo de Peccatri-
Lucas 7 , ce dixit, Et ecce mulier quæ erat in ciuitate Pec
, catrix: vt cognouit ꝙ IHESVS accubuit in do-
, mo Phariſei, attulit alabaſtrum vnguenti. &
, ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit ri-
, gare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat,
, & oſculabatur pedes eius, & vnguẽto vngebat:
ſubinde cap. decimo, de ſorore Marthæ dicit.
Lucas 10 , Factum eſt autem dum irent: & ipſe intrauit
, in quoddam caſtellũ, & mulier quædã Mar-
, tha nomine excepit illum in domum ſuam. &
, huic erat ſoror nomine Maria: quæ etiam ſe-
, dens ſecus pedes domini, audiebat verbum
, illius. Vides ne quomodo tanquam non de
priore loquens, adiecit: & huic erat ſoror no-
mine Maria? nam ſi fuiſſet mulier illa Pecca-
trix: memor priorum, inſinuare poterat eam
ipſam fuiſſe, & quæ vnxerat pedes domini. At
nihil tale fecit: ſed vt de prorſus alia loquutus
eſt. Noſſe autem oportet, caſtellum hoc: Ma-

gdalon illud fuisse, vnde Maria soror Marthæ, ad differentiam aliarum, Magdalenæ cognomentum sortita est. Plures enim illa tempestate erāt: quæ nomine, Maria dicebantur. Ac eo quidem insignius atq; iustius dici poterat Magdalena: ꝙ etiā domina esset loci, vnde nomenclaturam sibi vendicauit. id quod testari videtur Ioannes: cum ait. Erat autem quidā languens Lazarus a Bethania: de castello Mariæ, & Marthę sororis eius. vbi insinuat: dominium Mariæ & Marthæ, fuisse Bethaniam, id est castellū in quo dominus a Martha et sorore eius, honorifico susceptus est hospitio. Et vt exactius intelligas, eas præclaræ, honorificæq; famæ fuisse: audi Ioannem sic scribētem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadijs quindecim. multi autē ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam: vt consolarentur eas de fratre suo. Et rursum, de Maria, quæ admonente pia sorore Martha, surrexit vt veniret ad mundi redemptorem. Iudæi ergo qui erant in domo, & consolabātur eam: cum vidissent Mariam quia cito surrexit & exijt, secuti sunt eam, dicentes, quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Hæc Ioannes de Maria & Martha nequaquā dixisset: nisi insignis & inculpati nominis fuissent, neq; tam multi venissent, neq; ei quę notata fuisset tam diligē-

Ioannes 11

Ioannes 11

ter assurrexissent, tam honorifice astitissent, tã officiose comites sese præstitissent. Qui ergo euangelij energiam non ignorat: minime suspicari debet, Mariam Magdalenã Marthę sororem, aliquando fuisse illam in ciuitate Peccatricem, & famosæ notæ mulierẽ. Non igitur eadẽ erit: mulier illa in ciuitate Peccatrix, & Maria Magdalena Marthæ soror. ℂ Sed & nunc discutiamus oportet: an ne forte mulier illa in ciuitate Peccatrix, sit ea Maria Magdalena de qua dominus septem eiecit dæmonia. quandoquidem Mariã Magdalenã Marthæ sororẽ: neq; hanc olim dæmoniacam, neq; illã Peccatricem fuisse, iam ostensum est. Quãq̃ sat scio, continuo manifestum esse ijsce qui nonnihil habent iudicij, atq; probe sentiunt: publicam illã Peccatricẽ nõ fuisse Mariam eam a qua, CHRISTI virtute, septem deturbata sunt dæmonia. Nam perridiculũ fuerit: si quis dicat mulierẽ dęmoniaco furore percitam, terrificam, & cuilibet spectãti horrificã, etiã si ab vno solo possideatur dæmonio, quanto magis si a septẽ, esse publicã in ciuitate Peccatricẽ. Quis enim tam perdite mulierosus est: qui cum ea quæ vel vno cruciatur dæmonio, congredi vellet? Præterea, est ne id dęmoniacæ argumentum: afferre alabastrum, lachrymari, osculari pedes, agnoscere peccata, pœnitere, amare toto corde monita

æternæ vitæ præbentē? Nunq̃ certe de dæmoniacis q̃diu essent eiusmodi: talia, aut prædicata, aut audita fuere, quæ tamen de hac Peccatrice legūtur. Stans (inquit Lucas) retro, secus pedes eius: lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Et rursus. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Et cum idem de hac, cap. septimo locutus esset: mox cap. octauo de alia quæ fuerat dęmonijs obsessa, vt de altera, hunc in modum meminit. Et factum est deinceps: et ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prędicās & euāgelizās regnū dei, et duodecim cū illo, et mulieres aliquę quę erāt curatę a spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quę vocatur Magdalene de qua septem dæmonia exierant, & Ioāna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabāt ei de facultatibus suis. Vides ne ergo hanc curatam a malignis spiritibus: illi vero peccata dimissa quandoquidem exagitari dæmonio: morbus est, non peccatum. Et proinde de hac & socijs eius ait Lucas. Quę erāt curatę a spiritibus malignis & infirmitatibus. de illa vero. Dimissa sūt ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Nomen huius posuit: illius vero, Peccatricis inquā, suppressit, & hoc, vt mea fert opinio, ne di

Lucas 7

Lucas 8

Lucas 8

7

apud poſteros ſub ſuo nomine, illa inureretur
infamia. ¶ At inquies. Poteſt dominus eidem
peccata condonaſſe: & malignos ſpiritus abie-
ciſſe. ¶ Certe õnia poteſt dominus: quẽ & ego
quidẽ credo ab hac Maria Magdalena, & ſpi
ritus malignos abieciſſe, et ei peccata, ſi quę ha
buit, dimiſiſſe. ab hac inquam: quam ſatis cõ-
ſtat non modo ex contextu euãgelij Lucæ fu-
iſſe Galilęam, ſed etiam ex Matthæi dicentis.
Matthæus 27 Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ
ſecutæ erant IHESVM a Galilæa, miniſtrantes
ei. inter quas: erat Maria Magdalene, & Ma-
Marcus 16 ria Iacobi. De quibus etiã Marcus ait. Et cum
eſſet in Galilęa: ſequebãtur eũ, & miniſtrabãt
ei. Sed & dominũ in Galilęa multos a ſpiriti-
bus immũdis liberaſſe cũ eſſet in domo Petri,
quę quidẽ erat in Bethſaida: teſtatur Matthę-
Matthæus 8 us. Veſpere autem (inquit) facto: obtulerũt ei
multos dæmonia habẽtes, & eijciebat ſpiritus
verbo. et õnes male habentes curauit: vt adim
pleretur quod dictũ eſt per Eſaiã prophetã di
centẽ. Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ęgro-
tationes noſtras portauit. Et quod eius rei fi-
dẽ adauget: haud procul a Bethſaida, ad orã
maris Tyberiadis, Magdalon ſitum eſt, vnde
& hanc quę a dęmonijs curata fuit, dictã Ma-
gdalenam, putare haud ſine ratione quiſpiam
poſſit. Hoc autem vel ex Chorographijs, cui-

uís inquírere volentí: facillime patet. Hāc ígitur fuisse Galilæam: dubium nō est. Vnde rursum apertius constat: non fuisse, eam Maríam quæ erat soror Marthæ. nam Lazarus, María & Martha sorores eius: ex Iudæa erant, non ex Galilæa. Quod vel aperte Ioannes insinuat: cum de domino volentí veníre ad Lazarí suscitatíonē, dícit. Dícebat enim díscipulís suís. Eamus in Iudæam iterum. Dícunt ei, díscipulí. Rabí, nunc quærebant te Iudæí lapídare: & iterum vadis illuc? Et rursus. Venít IHESVS: & inuenít eum, quatuor díes íam in monumēto habentem. erat autem Bethanía iuxta Hierosolymā: quasi stadíjs quindecim. Hæc itaqꝫ María Magdalena íd est soror Marthę: ex Iudæa erat, non ex Galilæa. atqꝫ ab altero Magdalo: Magdalenæ nomē accepít. Præterea in redítu e Samaría: Martham domínum in domum suam hospítio suscepisse, ostendít Lucas. Samaría autem: Galilæam & Iudæam interiacet. id qđ ex Topographís facile agnosces. Vnde fit vt castellum Maríæ Magdalenæ: nō ex parte Galileæ, sed Iudææ sit. Nam & Lucas: ad hunc scríbít modum. Misít nuncios ante conspectū suum: & euntes intrauerūt in ciuitatem Samarítanorum, vt pararent illí. & non receperunt eum: quía facies eíus erat euntís in Hierusalem. Et postea addít. Et abierunt in

Ioannes 11

Lucas 10

aliud castellum. Mox infra subiungit. Factum
est autem dum irent: & ipse intrauit in quoddã
castellum. & mulier quædã Martha nomine:
excepit illum in domum suam. & huic erat so-
ror: nomine Maria. Quod si diligenter atten-
das: castellum illud ex Ioanne, erat Bethania,
quę eiusdẽ testimonio quindecim ferme stadijs
distat ab Hierosolymis. Nã sic Ioannes loqui-
Ioannes 11 tur de Martha. Et cum hæc dixisset: abijt, &
vocauit Mariã sororem suam silentio, dicens.
Magister adest: & vocat te. Illa vt audiuit: sur-
rexit cito, & venit ad eum. Nondum enim ve-
nerat IHESVS in castellum: sed erat adhuc in
illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Ecce castel-
lum Mariæ & Marthę, Bethania: vbi & mor
tuus erat Lazarus. Quare & Maria, et Mar-
tha, & Lazarus: Iudæi, non Galilæi erant.
¶ Sed ad eã quæ nõ Iudæa, sed Galilæa erat: 11
reuertamur. Esto igitur illa Maria Magdale-
na Galilæa, & a spiritibus immundis sanata
sit, & simul illi peccata, si quæ habuit, dimissa
sint: nullo tamen modo iuste fiet, vt fuerit illa
in ciuitate publica insignisq; peccatrix, quæ ad
pedes IHESV, qui summe misericors est, pec
catorum veniam obtinuit. Nam aut ei antequã
obsessa esset: dimissa sunt. id quod: nullo pacto
verisimile est. cum tunc sanctificatũ vas CHRI-
STI facta fuisset: nõ Belial. CHRISTVM amãs

plurimũ: non Belial, sed ipsum fallaciasq; eius exosa quibus ante corruisset. & eam etiam: dominus remisisset in pace. Sed quomodo in pace ouis remitteretur: quæ in fauces multorũ luporum incideret? Id igitur sentire: perabsurdũ est. Atqui minus verisimile est: eam postea quã curata fuit a spiritibus immũdis, publicam illã Peccatricem fuisse. Qui enim fieri potuisset: vt non timuisset, per peccatum in tam horrendas fauces incidere, quas iam tanq̃ ouis, ab ore sęuiẽtium luporum excussa, misericordia saluatoris in terra regnãtis, euasisset? Q? si etiam ipsa nõ horruisset peccare: horruissent tamen vniuersi, qui dæmoniacam prius fuisse intellexissent, cũ ea peccare velle. Ad hæc pastor ille bonus, immo superbonus: non eam solum eripuisset, sed & ab omni vulnere liberasset. Nequaquã certe ita derelicta a domino fuit: vt sanata, deterius postea ægrotaret immemor omnis suscepti beneficij. immo: quoad potuit, referendæ gratiæ (referre enim: pro dignitate nemo potest) studuit. Et proinde iuxta euangelium, vitæ sequebatur auctorem: & de facultatibus suis ministrabat ei, qui prouidet omni creaturæ. Præterea cur quæ facultates tantas habebat, vt etiam domino & discipulis ministrare posset: ad stipem male ac perdite emerendam, meretricata fuisset? Non igitur hæc Maria Ma

gdalene a Galilęa: publica illa fuit in ciuitate peccatrix. Et tãto minus illa nobiliſſima Marthæ ſoror Maria: quæ turres, pagos, & caſtella habebat. ¶ Tres ergo ſunt: Mulier illa 12
olim famoſa in ciuitate peccatrix, ſed miſericordia ſaluatoris nunc ſancta, & Maria Magdalena ſoror Marthæ, & Maria Magdalena a qua dominus ſeptem eiecit dæmonia. Peccatricis nomen: ex euangelio & ſcriptoribus ignoratur. Nec id ab re factum eſt. nemo enim ſanæ mentis, nomen quod Euangeliſta ad propriã modeſtiam, & ad Peccatricis obtegendam verecundiam ſuppreſſit: diſquirere debeat. Et a quo item noſci potuit: niſi prodente Euangeliſta? Sororis Marthæ cognoſcitur nomen: & ex euangelio, & ex auctoribus. eſt enim Maria, & a dominio cognomentum, Magdalena. Et liberatæ a dæmoniis: nomen ſimiliter Maria, & a loco cognomentum Magdalena. Porro Peccatrix: ex euangelii contextu, conijcitur fuiſſe ex Galilęa. Et ſimiliter, Magdalena illa quæ a ſpiritibus immundis liberata fuit. At Maria Marthæ ſoror: ex Iudæa. Sed age nũc ex iis quæ de his in euangeliis dicta ſunt, epilogum colligamus: vt quaſi ad manum habeatur, quid cuiq; tribui debeat, & de qua earum, quodq; euangelii dictum intelligendum ſit, a Matthæo exordientes.

13 ¶ MATTHAEVS. Cum autem eſſet IHESVS in domo Simonis leproſi: acceſſit ad eũ mulier habens alabaſtrum vnguenti precioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumbẽtis. Hoc: de Maria Magdalena ſorore Marthæ dictum eſt. ¶ Et rurſus. Erant autem ibi mulieres multæ, quæ ſequutæ erant IHESVM a Galilæa, miniſtrantes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioſeph mater, & mater filiorũ Zebedæi. Hoc: de Maria Magdalena quę fuit a ſpiritibus immũdis liberata. ¶ Itẽ. Et accepto corpore: Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda, et poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra. & aduoluit ſaxum magnum ad oſtiũ monumenti: & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria: ſedẽtes contra ſepulchrũ. Hoc de Maria Magdalena Marthæ ſorore: cum abſolute dicatur, apte intelligi poteſt. quanq̃ parum refert: de hac, an de illa quæ a Galilæa fuit, intelligatur. ¶ Itẽ. Veſpere autẽ ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrũ. et ecce: terræ motus factus eſt magnus. angelus enim domini, deſcẽdit de cœlo: & accedens reuoluit lapidẽ, & ſedebat ſuper eum. Et ſubditur. Reſpondens autẽ angelus: dixit mulieribus. Nolite timere vos. ſcio enim ꝙ IHESVM qui cruci

I EPILOGVS

Matthæus
26 a
27 f
27 g
28 a

fixus eſt, quæritis: non eſt hic. ſurrexit enim ſi-
cut dixit. venite: & videte locũ vbi poſitus erat
dominus. & cito euntes: dicite diſcipulis eius,
quia ſurrexit, & ecce præcedet vos in Galilæã.
ibi eum videbitis. ecce: prædixi vobis. Hoc: de
Maria Magdalena ſorore Marthæ, dictũ eſt.
¶ Sed forte tibi ſcrupus obrepet: videbiturq́;
potius de ea quæ erat e Galilęa intelligi debe-
re, præſertim cum hic dicatur, Ecce præcedet
vos in Galilæam. ¶ At noſſe oportet: id, Præ
cedet vos in Galilæã, nõ de mulieribus, ſed de
diſcipulis dici. Inquit enim angelus. Cito eũ-
tes: dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit. & ecce:
præcedet vos (vos inquã diſcipulos) in Gali-
læam. ibi eum videbitis. vos ſcilicet diſcipuli.
Nã dominus, vt ex Marco habetur: diſcipulis,
non mulieribus, id pollicitus fuerat. ſic enim
apud Marcum, dominus loquitur diſcipulis.
Marcus 14 Omnes ſcãdalizabimini in iſta nocte: quia ſcri-
ptum eſt. Percutiam paſtorem: & diſpergentur
oues gregis. ſed poſtea q̃ ſurrexero: præcedam
vos in Galilæam. Id igitur: angelus mãdabat
mulieribus, diſcipulis nunciandum. Quod &
adhuc apertius: ex verbis eiuſdem domini co-
Mathæus 28 gnoſcitur, euntibus occurrentis ac dicentis. No
lite timere. ite: nunciate fratribus meis, vt eant
in Galilæam. ibi me videbunt. Et rurſus: in
calce euangelij Matthæi. Vndecim autem di-

ſcipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi conſtituerat eis dominus:& videntes eum adorauerunt eum. Palam itaq; eſt: hoc, argumento eſſe non poſſe, ꝙ illud de Maria Magdalena, quæ erat ex Galilęa, dictum ſit.

MARCVS. Et cum eſſet Bethaniæ, in domo Simonis leproſi, & recumberet: venit mulier habens alabaſtrũ vnguenti nardi piſticę, precioſi. & fracto alabaſtro: effudit ſuper caput eius. Hoc: de Maria Magdalena ſorore Marthæ. Marcus 14 a

¶ Item. Erãt autem mulieres delonge aſpiciẽtes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioſeph mater, et Salóme. & cum eſſet in Galilæa: ſequebantur eum, & miniſtrabat ei. Hoc: de Maria Magdalena a Galilęa. 15 d ¶ Item. Maria autem Magdalene, & Maria Ioſeph: aſpiciebant, vbi ponerẽt. De vtrauis intelligatur: nihil parit diſſonantiæ. 15 d

¶ Item. Et cum tranſiſſet ſabbatũ: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salóme, emerunt aromata, vt venientes vngerent IHESVM. et valde mane vna ſabbatorum: veniũt ad monumentum, orto iam ſole, & quæ ſequuntur. Dicta: de Maria Magdalena ſorore Marthæ. 16 a

¶ Item. Surgens IHESVS mane prima ſabbati: apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Hoc: de Maria Magdalena a Galilæa. 16 c

Lucas 7 f 8 a 10 g 24 a

LVCAS. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate Peccatrix: vt cognouit ꝙ IHESVS accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrũ vnguenti. & stans retro, secus pedes eius: lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui terge-bat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vn-gebat. Hoc: aperte dictum est de famosa illa, & peccatrice in ciuitate muliere, cuius nomen (vt dictum est) ignoratur. ¶ Item. Et factum est deinceps: & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prędicans & euangelizans regnum dei. & duodecim cum illo: & mulieres aliquæ quæ erant curatæ a spiritibus malignis, Maria quæ vocatur Magdalene de qua septem dæmo nia exierãt. Hoc: de Maria Magdalena a Ga lilæa. ¶ Item. Factum est autem dum irent: & ipse intrauit in quoddam castellum. & mulier quædam Martha nomine: excepit illum in do mum suam. & huic erat soror: nomine Maria. Hoc aperte de Maria Magdalena sorore Mar thæ. Et hoc insuper: quod sequitur. Maria opti mam partem elegit: quæ non auferetur ab ea. ¶ Item. Erat autem Maria Magdalene, & Io-anna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant: quæ dicebant ad apostolos hæc, & visa sunt ante illos, sicut deliramenta, verba ista. Hoc: de Maria Magdalena sorore Marthæ. Neq; illud compugnat: ꝙ erat in societate Ga

lilæarũ sibi notarum. se enim mutuo: & agnoscebant, & amabant.

IOANNES. Erat quidam languens Lazarus a Bethania: de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento: & extersit pedes eius capillis suis. cuius frater Lazarus: infirmabatur. Hæc & reliqua quæ cap. vndecimo Ioannes de Maria narrat: de Maria Magdalena sorore Marthæ, manifeste dicta sunt. ¶Item. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisticæ, preciosi: & vnxit pedes IHESV. & extersit pedes eius: capillis suis. & domus impleta est ex odore vnguenti. Hoc: de Maria Magdalena Marthæ sorore, non de Peccatrice. ¶Item. Stabãt autẽ iuxta crucem IHESV: mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Hoc: de sorore Marthæ dici, consentaneum. illustris enim & sancta erat, dilectrix IHESV & virginis matris, matris inquã eius qui & pauloãte fratrem suum Lazarum suscitauerat. Quin & ex Marco: aliæ mulieres, & Maria Magdalena a Galilæa, aspiciebant a longe, neq; erãt cum Maria matre IHESV iuxta crucem. & tunc quidem iuxta crucem: cum ad hoc verbum filij sui, Mulier ecce filius tuus, suam ipsius animã doloris pertrãsiuit gladius. ¶Itẽ. Vna autem sabbati, venit Maria Magdalene,

Ioannes
11 a
12 a
19 e
20 a
20 c

cum adhuc tenebrę essent ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumento. cucurrit ergo ad Simonem Petrum, & alium discipulum quem amabat IHESVS: & dicit illis. tulerunt dominum de monumēto: & nescio vbi posuerunt eū. Hoc: de Maria Magdalena a Galilæa. ¶ Et rursus. Maria autē: stabat ad monumētum, foris plorans. & reliqua quæ sequūtur. De eadem Maria Magdalena. Hactenus ex euāgelio epilogus. ¶ Sed hic forsitan insurgent qui difficile acquiescūt vero, & id ex quibusdam vulgo receptis: volētq; vnam eandēq; esse illam, natura (vt autumo) vere modestam ac verecundam, sed necessitate potius quā volūtate aut voluptate Peccatricem, & illā illustrē Mariā sororem Marthæ, & diuitem illam bonisq; affluentem Mariam Magdalenā a Galilæa, ouem quidem durissimis vnguibus rugientis leonis discerptam, & minime lasciuientem. quę enim ouis, faucibus lupi arctissime pressa: lasciuit vnq̄? Atq; imprimis adducent: communem totius vulgi opinionem, & Gregorium doctorē in Homilia super id euangelij, Rogabat IHESVM quidam Pharisæus: vt manducaret cum illo, dicentē. Hanc vero quam Lucas Peccatricem mulierem, Ioannes Mariā nominauit: illam esse Mariā credimus, de qua Marcus, septem dęmonia eiecta fuisse testatur. Qui

Gregorius

& eādem quoq; sententiā habet: in initio Homiliæ euāgelij, Maria stabat ad monumentū, foris plorans. Maria, inquit, Magdalene quæ fuerat in ciuitate Peccatrix: amādo veritatem, lauit lachrymis, maculas criminis. Et infra. Nam postquā venit ad monumentū, ibiq; corpus dominicum nō inuenit: sublatum credidit, atq; discipulis nunciauit. Vna igitur eademq; est: mulier in ciuitate Peccatrix, & quā Ioānes Mariam vocat quæ est Marthæ soror, & quæ stabat ad monumentum, foris plorans, quæ est Maria Magdalena a qua dominus septem eiecerat dæmonia. alioqui: ecclesiæ cogeris negare doctorem. ¶ Paucis respondere quis possit: illam vulgariam opinionem quam multi male docētes induxerunt, facile refutari posse. Neq; populum tam iniquū auditorē esse: quin, si audiat super hac re decisam veritatē, vetusto errore abdicato, libenter quod verum sit amplectatur. Quod autem ad Gregorium pertinet: ingenue fateor: eum aliquādo (nescio si semper) istius fuisse sententiæ, mulierē in ciuitate Peccatricē, & Marthę sororē, & eam a qua septē eiecta fuere dęmonia, vnā eandēq; fuisse. ¶ Et cū addis. Aut hæ vnica erūt Maria Magdalena: aut cogeris ecclesię negare doctorē. Ego par pari referā: & in te argumentū retorquebo. Aut hæ plures erunt: aut ecclesiæ doctores, Hiero-

nymum et Ambrosium negare cogeris. vt interim de Origene, Chrysostomo, et antiquis illis scriptoribus taceam: qui in hanc omnes pedibus iere sententiã, ꝙ non vna, sed plures essent. Tu: mihi vnum ecclesię doctorē opponis. ego: tibi plures, & etiam vetustiores, qui vt conformius euangelio, ita non absq; ratione loquuti videntur. ¶ Neq; est: vt quis suppetias ab Augustino petat. quia cũ loquitur de Maria Marthę sorore: nihil asserit, sed sibi incertam & inexploratã proferre videtur sententiã, inquiens. 16

Augustin9 • Ecce ipsa soror, si tamē ipsa est, quæ pedes domini vnxit vnguento, et tersit capillis suis quos lauerat lachrymis: melius suscitata est, q̃ frater eius. Quæ verba: non sunt asserentis, sed plane addubitantis. Qꝫ si etiam asseruisset: nō tamen plus illi deferendum fuisset q̃ maioribus suis, qui non minoris in ecclesia erant auctoritatis. ¶ Sed adduces: quod secũdo de cõsensu Euangelistarũ libro, addit Augustinus ad hęc verba Matthæi. Cum autem esset IHESVS in Bethania in domo Simonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.

Augustin9 • Nihil itaq; aliud (inquit) intelligendum arbitror: nisi non quidem aliam fuisse mulierē quæ Peccatrix tũc accessit ad pedes IHESV, & osculata est, & lauit lachrymis, & tersit capillis, &

vnxit vnguēto, cui dominus adhibita similitudine de duobus debitoribus ait, Dimissa esse peccata multa, quoniam dilexit multum. Sed eandē Mariā bis hoc fecisse. semel scilicet quod Lucas narrauit: cum primo accedens cum illa humilitate & lachrymis, meruit peccatorū remissionem. & reliqua. ¶ Augustinus tunc hoc arbitrabatur (nihil aliud, inquit, intelligendū arbitror) sed postea plane anceps fuit. nam prius cū libros de trinitate excuderet, et hos quoq; de consensu Euangelistarum cōscripsit, ex quibus & multa retractauit, vt in argumento eius videre licet. & postea sermones: in quibus, vt modo monstratum est, addubitat. Quare verisimilius est ipsum hac in materia incertam habuisse sententiam: q̄ id certo asseruisse. Immo cum ipse hoc in loco hæc discutiens, alium & alium fuisse fateatur Simonem Pharisæum & Simonem leprosum, & locum vbi Peccatrix lachrymis lauit, tersit & vnxit pedes domini, aliū a Bethania: consequens fuerat vt aliam esse Peccatricem, & aliam Mariam quæ in Bethania vnxit, dixisset, & non eandem Mariam bis hoc fecisse. quod nullus alius dixit: nec ipse ostēdit. Præterea cōmōstrare debuit: Peccatricem apud Lucam dictam Mariam. quæ etiā si Maria dicta fuisset: non continuo eandē fuisse cum Maria sorore Marthę colligere potuisset.

Neque certe cum Ioannes dicit, Maria autem
erat quæ vnxit dominum vnguento, & terſit
pedes eius capillis ſuis, vult id dicere quod di-
xerat Lucas: ſed paucis capite vndecimo Ioan
nes per anticipationem tangit, quod plenius
paulopoſt capite duodecimo erat enarraturus.
Atq; vtinam aduertiſſet Auguſtinus Ioannem
dixiſſe, vnxit & terſit: & intellexiſſet eum non
id voluiſſe quod Lucas (nam Peccatrix non
vnxit & terſit: ſed lauit & terſit) ſed voluiſſe,
quod capite duodecimo ipſe expreſſit, Mariam
vnxiſſe & terſiſſe pedes domini. Verum & de
dicto Ioannis: nonnihil adhuc poſtea ſubijcie-
mus. Satis hic fuerit oſtendiſſe: Auguſtinum
prius arbitratum eſſe eandem Mariam fuiſſe
Peccatricē & Mariā ſororē Marthæ, & poſtea
tāq̃ reſipiſcentē addubitaſſe. Vnde fit vt ille, au
ctor eſſe non poſſit: Peccatricē dictā fuiſſe Ma
riā. Adde inſuper: ꝙ nullus ſeu Euāgeliſtarũ,
ſeu doctorũ eccleſiæ, ſeu maiorũ (quod ſciam)
illam Peccatricē vnq̃ aſſeuerātius proprio vl-
lo nomine appellauit, q̃ Gregorius, illā vocās
Mariā, et Mariā Magdalenā. Qui ſi iterroga
tus fuiſſet, a quonā e prioribus certo didiciſ-
ſet, id nomē illi Peccatrici fuiſſe: mea q̄dē ſen-
tētia (quod omniũ bona gratia dixerim) plu-
rimũ in auctore inueniendo ſudaſſet. ¶ Rur- 17
ſus: ex verbis Gregorij eandem eſſe Peccatri-

cem, & eam cui primo dominus iuxta monumentũ apparere dignatus est, contendent. nam sic in Homilia eius scribitur. Quid per septem dæmonia: nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus compræhẽditur: recte septenario numero, vniuersitas figuratur. septem ergo dæmonia, Maria habuit: quæ vniuersis vitijs plena fuit. Ex quibus verbis suspicantur multi: nihil aliud septem illa dæmonia quam septem mortifera peccata fuisse, nec vnquam eam fuisse dæmonijs occupatam, sed duntaxat Peccatricem, & maximam quidem, omnibusq; vitijs abundãtem. ℭ Verum: nullo pacto ita sentiendum est. nam (vt & iam quoq; dictum est) peccata dimitti dicuntur: non expelli, eijci, aut exire. de hac autem: exijsse, & eiecta esse dicuntur. non ergo peccata: sed reuera dæmonia. Atq; id manifeste dictis Lucæ aduersatur: qui de vtraq;, Peccatrice inquam & dæmoniaca, scripsit. De illa siquidem sic. Dimissa sunt ei peccata multa. De hac autem. De qua septem dæmonia exierant. Et hanc: ponit ab infirmitate curatam. Quæ erant (inquit) curatæ a spiritibus malignis, Maria quæ vocatur Magdalene, & Ioanna vxor Chuzę procuratoris Herodis. Illam vero: minime. Et cum dicit curatæ erant, dæmonia exierant: historia est, non

Gregorius

Lucas 7 8

allegoria. Item, illa ratione qua contendere vo lunt: dicas dominum, reuera nunquã eiecisse a quoq̃ dæmonia, sed per dæmonia eiecta, intelligenda esse peccata dimissa, quod q̃ impium & absurdum sit: nemo est qui nesciat. cum etiã crucifixores CHRISTI, cõfessi sint eum reuera eiecisse dæmonia: sed id diuinæ virtuti, sua peruersitate tribuere nolebant. Cæterum cum dominus loquitur: parabolam dicit, vt & de eo scriptum erat. Aperiam in parabolis os meum. non sic autem cum Euangelistæ loquũ tur: sed rem gestam, simpliciter narrant. Non igitur id, A qua septem dæmonia exierant, siue id, A qua dominus septem eiecerat dæmonia, allegoria est: sed res gesta. Fuit ergo Maria illa Magdalena: vere a dæmonijs obsessa, & vere liberata. Sed cum Gregorio nequaquã verisimile videretur, mulierẽ in ciuitate Peccatricem, vere fuisse a dęmonijs obsessam, & eandẽ esse vellet Peccatricẽ et eã a qua septẽ legũtur, diuina CHRISTI potestate, deturbata dæmonia: vt verisimile videretur, q̃d verisimile nõ apparebat, ipse ad allegoriã confugit. tribuitq; vniuersa peccata duabus simul: & ei a qua dominus septẽ eiecit dæmonia de qua nullũ legitur peccatũ, et peccatrici cui dominus multa, nõ vniuersa, tribuit. At neq; hãc, neq; illam credi derim talem vniuersorũ vitiorum sentinã, sce-

Psalmus 77

lerũq; barathrũ fuisse: qualem etiã quidam ad
populũ in celebri contione verba nonnunq̃ fa=
cientes, Mariam Magdalenam facere solent:
ab his, vt arbitror, verbis (Septẽ ergo dæmo=
nia, Maria habuit: quæ vniuersis vitijs plena
fuit) occasione sumpta, etiam si de Maria soro=
re Marthę, sancta quidẽ et illibata muliere, ser
monẽ agitent. Opto igitur posthac discant, se=
quentes euangelium: de sancta Peccatrice, &
multo magis de Maria Marthæ sorore, & de
ea quam domini miseratio a septem dæmonio
rum sæuitia liberauit, modestius populum in=
formare, & gloriam earum mulierum prędica=
re, quæ toto mentis desyderio dominum vitæ
sunt sequutæ. Quæ tres sunt: ad quas, si quis sa
cro CHRISTI lãgueat amore, ex cantico amo=
ris dicere potest. Filiæ Hierusalem: nũciate di Cantico.
lecto, quia amore langueo. nam in amore prio 5
res, feruentiores, perfectioresq; sunt: & æterno
18 dilecto, semper adhęrẽtes. ¶ Sed protinus ad=
ijcies: esto q̃ Peccatrix illa, nõ fuerit ea Maria
Magdalena quę vere a dęmonijs liberata fuit,
non tamen sine ratione Gregorius eam puta=
uit Mariam Magdalenam, Marthæ sororem
fuisse. Nam id ex grauissima euãgelij Ioãnis
auctoritate asseruit: idipsum capite vndecimo Ioannes
insinuãtis. Erat autem (inquit) quidam lan= 11
guens Lazarus a Bethania: de castello Mariæ 12

& Marthæ ſororis eius. Maria autem erat: quæ vnxit dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Q uænam enim legitur pedes domini vnxiſſe vnguento, & capillis ſuis terſiſſe, anteq̃ Lazarus infirmaretur: niſi illa in ciuitate Peccatrix? ¶Nulla certe legitur: ſed ne Peccatrix quidem vnxiſſe, et vnctos, capillis ſuis terſiſſe, antequã Lazarus infirmaretur. Neque id vult: diuinus euangeliſta Ioannes. ſed per anticipationem dixit, vnxit & exterſit. nã cap. duodecimo declarat quidnã ibi velit: et vbi, et quãdo Maria vnxerit pedes IHESV. & terſerit (ſiquidem in Bethania: & poſt ſuſcitationem Lazari) cũ inquit. IHESVS autẽ ante ſex dies paſchæ venit Bethaniã: vbi Lazarus fuerat mortuus, quẽ ſuſcitauit IHESVS. Fecerũt autem ei cœnã ibi: & Martha miniſtrabat. Lazarus vero: vnus erat ex diſcumbentibus cũ eo. Maria ergo accepit librã vnguenti nardi piſticæ, precioſi: & vnxit pedes I H E S V, & exterſit pedes eius capillis ſuis. & domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Dicit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes: qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguentum non væniijt trecentis denarijs: & datum eſt pauperibus? Ecce: vbi, & quando Maria ſoror Marthæ vnxit pedes IHESV, & capillis ſuis exterſit. nam in Iudæa, vtpote in

Ioannes 12

Bethania:& post suscitationē Lazari,et paucis diebus ante passionē dñi,ea die videlicet qua indignatus ob vnguēti effusionē perditissimus ille institor Iudas,regē glorię triginta argēteis vēdidit. At mulier illa Peccatrix: neq; in Bethania,neq; hoc in tēpore,vnxit pedes IHESV, sed in Galilęa,& viuēte adhuc Ioanne CHRISTI pcone, si bene attēdis Lucæ historiā. Nā & ea ciuitas in qua mulier illa Peccatrix vnxit pedes IHESV: ex eodē,maxime videri potest fuisse Naim,ciuitas Galilææ inter Nazareth & Samariam sita. Non igitur iure potuit, hoc ex loco trahere argumentum Gregorius, nec itidem quisquā alius in futurum poterit: Peccatricem illam, vocatam fuisse Mariam, nedū Mariam Magdalenam & sororem Marthæ, nisi Euangelistæ sententiam peruertere velit,

19 paulopost sese declarantis atq; aperiētis. ¶ Et q; Euāgelistis locutio per anticipationē nō sit insolita: palā est ex Luca, cap. sexto sic inquiente. Et cū dies factus esset:vocauit discipulos suos,et elegit duodecim ex ipsis,quos et apostolos nominauit. Simōnē quē cognominauit Petrū,& Andreā fratrē eius,& Iacobū,et Ioānē, & Philippū,& Bartholomæū, & Matthæum & Thomam,Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit proditor. Id, qui fuit

Lucas 6

proditor: dixit per anticipationem. quod capite vigesimo secũdo declaraturus erat. Nõ enim Iudas fuit proditor ante q̃ dominus eũ elegisset in apostolũ: sed postea. Ita et Ioannes, quãdo dixit, Erat autem quidam languens Lazarus, a Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Maria autem erat: quæ vnxit dominum vnguẽto, & extersit pedes eius capillis suis: per anticipationem dixit, vnxit & extersit capillis suis. non enim olim anteq̃ frater eius Lazarus infirmaretur, vnxit & extersit: sed paulopost. Et quia Ioannes per anticipationem dixerat: solicitus fuit semetipsum capite duodecimo proxime sequẽti declarare, cum dixit, Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisticæ, preciosi: & vnxit pedes IHESV, & extersit pedes eius capillis suis. Et plane certum est: Lucã capite septimo de Peccatrice locutum esse. attamen Ioannes propter dictum Lucæ nequaquã dixisset capite vndecimo, vnxit: quia Euangelista Euangelistam non citat, sed quatuor varij & diuersi sunt testes, nunc eadem, nũc alia, sed nunq̃ aduersantia, dicẽtes. Neq; ipse euangelium posteris ea quæ facta fuerãt nesciẽtibus, promulgans: dixisset, vnxit & extersit, de re facta quam nunq̃ mandasset literis. siquidem historiam Peccatricis quę lachrymis pedes domini rigauit, & rigatos capillis suis tersit, & po

Ioannes 11

Ioannes 12

stea vnxit, nunq̃ in euãgelio suo descripsit: sed Mariæ sororis Marthæ, quæ pedes domini vnxit, & extersit capillis suis. Igitur illud apud Ioãnẽ, vnxit et extersit: per anticipationẽ intelligi debuit. quod non per anticipationẽ intellectum: multorũ intelligentiam torsit, & aliquãdo Augustini, postea Gregorij, ac plurimorũ sequentiũ. Sed qui voluerit potius veritatis esse amator q̃ cauilli, liber q̃ addictitius, nemo in futurum torquebitur: sed omnes plane intelligent aliam & aliam fuisse Peccatricem & Mariam sororem Marthæ. ¶ Illud tamen pro vero recipi potest: Peccatricem illam, & Mariam Marthæ sororem, in plærisq; conuenire. Nam vtraq;, vnxit pedes IHESV: & vtraq;, capillis suis (licet varie) pedes tersit. Vtraq;: multum vitæ dilexit auctorem. Vtraq;: dilecta a domino fuit, et ab eodem excusata. At contra: etiam in multis differunt. Nam Peccatrix: non vnxit in Iudæa. Maria: id egit in Iudæa. Peccatrix: in domo Simonis Pharisæi. Maria: in domo Simonis leprosi. Peccatrix: solos pedes domini vnxit. Maria: caput etiam atq; pedes. Peccatrix: lachrymis primum pedes domini rigare cœpit, & rigatos capillis suis tersit. vt & dominus ipse loquens ad Simonem Pharisæum testatur: hũc in modum. Intraui in domum tuã: aquam pedibus meis non dedisti. hæc lachry- Lucas 7

mis rigauit pedes meos : & capillis ſuis terſit.
Maria : non primum lachrymis rigare cœpit.
nulla enim ei fletus erat occaſio : ſed magis ex
fratris ſui ſuſcitatione, & tanti hoſpitis ſuſce-
ptione, lætitiæ. Hinc, Maria: tergendo pedes
I H E S V , capillos ſuos redolenti vnguento in
fecit, facta & ipſa tota odora. quod lætantium
eſt. Peccatrix vero: pedes I H E S V lachrymis
rigatos, tergendo, capillos ſuos ſuis lachrymis
diuinorum pedum puluiſculo admiſſis infecit,
tota facta ſqualida . quod: pœnitentium eſt.
Peccatrix : multo tempore ante CHRISTI
paſſionem. Maria: pauco. Peccatricem: excu-
ſat dominus noſter Simoni Phariſæo. Mari-
am vero: diſcipulis. His igitur, & alijs præter-
ea multis vel inſignibus diſcerniculis: iſtæ duę
ſanctæ mulieres alterutra ab altera, diſpeſcun-
tur . ¶ Q; ſi Gregorij & Bernardi ſectatoris 21
eius teſtimonia (quod pace eorũ dixerim, quos
vt ſanctos veneror, & aperta veritatis luce gau
dere puto) tanq̃ minus euangelijs conſona, mi
nuſq; ratione fulta, hac in materia non recipi-
mus : quãto magis aliorum neotericorum, vt-
pote illis, et doctrina et auctoritate longe in-
feriorum, qui & populum quoq; male imbue-
runt? ¶ Nos itaq; dicimus, e ſanctis illis mulie 22
ribus quæ ſacros domini vnxere pedes, hanc,
fuiſſe ſanctam: illam, Peccatricem. Hanc: Ma

riam nominatam, illam: ab Euangelistis innominatam. Neque plures quam duae: vnxisse leguntur, nam quamuis Maria Magdalene, quae a spiritibus immundis liberata fuit, emerit aromata: non tamen vnxisse legitur. Nam neque in triduo illo vnxit: monumēto obsignato, cū custodibus. Neque domino surgēte, permissa est tangere. Neque etiā amplius opus erat immortali glorię, vnguēti delibutione. Et adeo Maria soror Marthae praeuenit vngere dominum in sepulturā: quod nisi tunc vnxisset, nulla penitus mulierum, quantum ex scriptura cognosci potest, dominum in sepultura vnxisset. nam soli viri: sacrum domini corpus tunc vnxisse leguntur. quod & Ioānes exprimit: dicēs. Post haec autē rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus IHESV, occultus autem propter metum Iudaeorū: vt tolleret corpus IHESV. & permisit Pilatus. Venit autē & Nicodemus, qui venerat ad IHESVM nocte primū: ferens misturā myrrhae & aloes, quasi libras centum. acceperūt autem corpus IHESV: & ligauerūt eum in linteis cū aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire. Vides ergo, insignes pietate viros, Ioseph ab Arimathia nobilem decurionē, & Nicodemū principē synagogae: vnxisse IHESVM in sepultura, non mulieres. vt & neque id ab re dictum: ab saluatore videatur. Sinite eā.

Ioannes 19

Marcus 14

quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Et subdit. Quod habuit: hæc, fecit, præuenit vngere corpus meum: in sepulturã. Nam per hæc verba intelligimus: ꝙ quia non potuisset vngere dominum in sepultura, præuenit, eum diuino nutu, tunc vngere, loco inunctionis sepulturæ eius, id faciens quod habuit ac potuit. Et quod Ioannes sic habet græce,

Ioannes 12 εἶπεν οὖν ὁ ἰησοῦς. ἄφες αὐτὴν εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. hoc est. Dixit ergo IHESVS, sine illã, in diẽ sepulturę meę seruauit illud: insinuat, vnguentũ illud quo Maria dominum vitę vnxit, nõ fuisse vulgare, quale passim pharmacopolæ vẽditare solent, sed longe preciosissimum. quod & Maria seruabat: vt domini (si ipsa superuiueret) honoraret sepulturam. id quod etiam dominus omniũ, qui omnia scit & sciebat: plane hic indicat. Quocirca Maria diuino impulsu mota: tunc diem sepulturæ paululum præueniendo, effudit super sacrosanctum verticem, beatosq; domini pedes, vnguentum quod ad sepulturã eius seruauerat. Hoc enim pacto: dominus noluit eam penitus sua pietate frustratum iri. sed quod ipsa voluisset, & non potuisset in sepultura: tunc voluit sibi exhiberi, & exhibitum haud secus acceptare q̃ si in honorem sepulturę suæ (vt ipsa præconceperat) exhibitum fuisset.

Sed quod magni admodũ precij erat, id argumẽto eſt: ꝙ ipſa illud ſeruauerat, et ad eius quidem ſepulturam quem ſuper omnes diligebat, & quem MESIAH, cum pia ſorore Martha fideliter credebat. Inſuper & indignatio diſcipulorũ: ꝙ tam precioſum & minime vulgare vnguentum fuſum fuiſſet. Igitur Maria Magdalena Marthę ſoror: omnium maxime per emi-
23 nentiam vnctrix IHESV, dici poteſt. ¶ Deniq; ex curſu Petri apud Lucam & Ioannem: colligere non poſſis, ipſos de eadem Maria Magdalena locutos eſſe. Apud Lucam quidem ſic dicentem. Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum: & procumbens, vidit linteamina, & abijt ſecum mirãs quod factũ fuerat. Apud Ioãnem vero ſic. Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus: & venerunt ad monumentũ. currebãt autẽ duo ſimul: et ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et reliqua quæ ſequuntur. Nam apud Ioannem: Maria Magdalena nunciat dominum ſublatum fuiſſe, & cucurrit Petrus. Apud Lucam: quæ nũciat reſurrexiſſe dominũ, ea nũciat ſe eum vidiſſe, et pedes eius tenuiſſe, & iterũ cucurrit Petrus. Illic ſola nũciat: hic comitata. Illic cucurrit Petrus comite Ioanne: hic cucurrit nullo comitante. Quare bis cucurrit Petrus ad monumẽtum. ſemel, ex

Lucas 24

Ioannes 20

Ioanne: cũ nunciatur dominus sublatus.& iterũ ex Luca: cũ nũciatur dominus rediuiuus,& visus.sed in monumẽto non alia vidit: q̃ prius. Hinc etiam: variæ cognoscuntur nunciæ. vna, sola: altera,comitata. Nequaq̃ igitur ex cursu Petri: eãdem hic & illic Mariam Magdalenã, sed potius diuersas fuisse colligitur. ¶At cum 24
nulla auctoritate id efficere queant,vt illę mulieres vna eadẽq; sint: forte contendent ita esse ex ea historia anonyma,q̃ de Maria Magdalena circunfertur,ipsam videlicet post passionẽ domini,nauigio Massiliam aduectam, Massiliensibus et Prouincianis apostolam CHRISTI effectam fuisse. Sed & hanc fuisse Marthę sororem, ex eo constare: quia in vicinia non solum colitur Martha soror eius, sed & corpus eius illic haberi creditur, pariter & corpus Lazari Massiliæ, si nõ in pago sancti Maximini, vbi & Mariæ Magdalenę depositũ plurima veneratione frequẽtatur. Quænã enim (dicẽt) alia Maria Magdalena cum Martha et Lazaro ad illas aduentasset oras: nisi Maria Magdalena soror Lazari & Marthæ? Cæterum eandem fuisse Peccatricem: pœnitentiam,quam peregit in mõte Balma in quodam specu, quod etiam peregrinis ostenditur,satis declarare. Necnon eandẽ fuisse Mariam Magdalenam a qua dominus septem eiecit dæmonia: carũculam illã

in craneo quod illic solenni spectaculo visitur, impressione digiti saluatoris repellẽtis eam ne se tangeret, relictã, cum dixit ei, Noli me tangere, argumento esse. Quare rursus: eadem videbitur mulier Peccatrix, Maria Marthæ soror, & illa a qua dominus septem expulit dæ-
25 monia. ¶ His imprimis dicemus: nos historiam nullam, sacrosancto præferre euangelio, euangeliorũq; testimonio. Nec tamen infitias ibimus: Mariam Magdalenam sororem Marthæ, fidem attulisse Massiliẽsibus & Prouincianis, quibus profecto plurimum gloriæ ac nobilitatis peperit. Quæ si in illo monte (quẽ: deuotionis causa, & ob beatissimæ Mariæ Magdalenes reuerentiam aliquãdo conscẽdi) pœnitentiam egisset: nõ protinus id argumento esse posset, ipsam fuisse illam in ciuitate Peccatricẽ, nõ enim ipsa peccatrix, si ibi fuisset, pœnitentia ad peccatorum suorũ veniã implorandam eguisset: quæ iam a CHRISTO sibi dimissa ac prorsus deleta sciuisset, iam sancta, puraq; effecta. Sed vt Ioãnes CHRISTI præcursor, ex vtero sanctus, Iudæis: sic ipsa Magdalena, non modo Massiliensibus & Prouincianis, sed & Gallis vniuersis, & satis vicinis Hispanis ac Liguribus, pœnitẽtię formula fuisset. ¶ Verũ q; sese ab hominũ commercio in montem illũ subtraxerit, in quo a nemine, qui inde

trahere posset exemplū, videbatur: nō tam pœnitentiæ causa q̃ vitæ contemplatiuæ exercendæ, id fecisse videtur. Cum & de ea dictum sit, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: & ab omnibus forma vitę contemplatiuę, a domino proposita asseratur, vt Martha soror typus actiuæ. Sic itaq; in illo monte: CHRISTI dictum de se ipsa implebat. Cui rei astipulatur: publica illa accolarum, longa successione seruata memoria. qua illam frequēter interdiu angelicis manibus in summum montis supercilium, vbi & venerandū sacellum in eius honorem positum vidimus, rapi solitā asserūt, & eas pati amatorias ἐκστάσεισ quibus sanctæ animæ dilecto suo in æternæ felicitatis arrabone iunguntur. a quibus excitari, & ad cæcū istum corporis carcerē redire: mors est. in quibus contra mori & liquescere: vita. De quibus

Cantico. 2 dicitur in cantico amoris. Adiuro vos filiæ Hierusalem: ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Atq; si tandē pro necessitate nondum exutæ mortalitatis, ex vitę somno ad mortis vitā excitabatur: tunc, ne penitus deficeret, manibus pasci angelicis, nō humano quidem, sed cœlesti ac diuino pabulo. Quæ omnia & adhuc testātur carmina, ex antiquiori illa memoria composita, quæ in ea rupe visuntur, sic Mariæ Magdalenæ conuersa-

tionem explicantia.

Hic hominum non visa oculis, stipata cateruis Angelicis, septemq; die subuecta per horas: Coelestes audire choros, alterna canentes Carmina, corporeo de carcere digna fuisti. Pettrarcha

Et rursum.

Te quoq; digressus terris, et ad astra regressus,
Bis tria lustra, cibi nunq̃ mortalis egentem,
Rupe sub hac aluit: tam longo tempore, solis
Diuinis contentã epulis, & rore salubri.

Hæccine pœnitẽtis sunt, squalẽtis & miserę, & peccata deplorãtis: an potius contẽplãtis, felicis, & angelicã vitam in terra iam degẽtis? Nõ igitur hoc, indicio esse potest: Mariã Marthæ sororẽ, illã olim insignẽ fuisse Peccatricẽ. ¶De eo autem quod solẽni spectaculo visitur in craneo: nec historia, nec euangeliũ meminit. Præterea: impossibile est dominũ nuda manu eam tetigisse, quin pariter tactus ab ea fuerit, quã nihilominus se tangere vetabat. Et vbinã legitur eam CHRISTVS tetigisse: & in frõte tetigisse? Plane verisimilius videatur: ꝙ ea ad pedes domini, simulatq; ipse voce illa qua sese prodebat dixit, Maria, & ipsa iam cognoscẽtis voce Raboni, quod interpretatur magister mi, sese prouoluerit, perinde vt Maria Marthæ soror ante suscitationẽ Lazari. de qua hoc pacto scribitur. Ioannes 11

Maria ergo cũ venisset vbi erat IHESVS: vidẽs

eũ, cecidit ad pedes eius. Et apud Matthęũ: cũ dominus a resurrectione occurrit ei et alijs quibusdã, & ipsę tenuerũt pedes eius. Accesserunt (inquit) & tenuerũt pedes eius. Vnde fit: vt minus etiã nunc, dominus eam humi stratã digitis suis in frõte tetigisse, videatur. Porro dominus multos tetigisse legitur. nã ex Matthæo: tetigit leprosum, dicẽs. Volo: mundare. Et ex Marco. Misit digitos in aures surdi & muti: & expuẽs tetigit linguã eius. Et ex Luca: Afferebãt ad illũ & infantes, vt eos tãgeret. Et paulo post. Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos, taliũ est enĩ, regnũ dei. Itẽ ex eodẽ: tetigit & auriculã Malchi. Atqui cum hos et alios innumeros tetigerit, quod ex euãgelio manifeste cognoscitur: nihil de quoq̃ simile narratur. Quomodo igitur de carũcula illa asseretur: ꝙ ob tactũ sanctũ domini, remãserit in frõte eius quã nũq̃ tetigisse legitur? At quomodo id euenerit, nõ est nostrum pronũciare: deus ipse nouit, cui soli perspecta sunt & humana & coelestia õnia. nã et eorũ quę in terris nũc humano, nũc diuino gerũtur cõsilio: multa me latere ingenue fateor, & id quidẽ perlibẽter, sed & neq; me velle quę ad fidẽ necessaria nõ sunt, scrupulosius indagare. Nequaq̃ ergo ex illo incerti euẽtus signo, probe colligitur: Mariã Marthę sororẽ, eã fuisse cui primo dominus sub horto-

Matthæus 28

Matthæus 8

Marcus 7

Lucas 18

22

lani ſpecie apparuit. ¶ Adijciet fortaſſe:quidnā igitur illis in locis coluiſti? ¶ Libet hic nō de meipſo,ſed de quodā mihi apprime familiari et amico,quē multarū peregrinationū comitē habui, miſcere ſermonē. Cū enī eū percōtabar, quid in illis peregrinationis locis coleret: ille modeſtiſſime ſic mihi reſpondebat, CHRISTVM colo,& in CHRISTO ſanctos eius.nam ſcriptū eſt,Deū adora. Quin & angelus in ſacra viſione: ſe prohibet adorari. Et adijciebat. Cū mihi prætendūtur venerādæ quępiā ſāctorū reliquiæ: animū meū nō in ijs quæ video figo (nā fides: eorū nō eſt quę videtur) ſed in ijs quorū memoriā ſpectaculū prę ſe fert, CHRISTVM omniū ſanctorū regē laudādo,venerando,adorādo,& ipſū in ſanctis inuocando. Sed & beatā & a CHRISTO dilectam Magdalenā venerari intēdo,non ſolum in eo monte vbi vitam exegiſſe narratur,aut in Maximini pago: verū etiā in alijs q̄buſlibet locis aut cœnobijs, vbi eā inuocāt patronā,aut ſe dicūt corpus,aut aliquod ſuarū reliquiarū pignus habere, CHRISTVM inuocādo,& ſanctæ hoſpitæ vnctricisq́ eius opē, pie implorādo. Neq́ curioſius quicq̄ de talibus inquiro: neq́ admodū iiſce q̄ narrantur aures accōmodo,habeāt necne exuuiarū mortalitatis pignus aliquod: nō multū laboro,quādoquidē ſpero me ea ōnia felicius vi

furũ: in illa immortalitatis innouatione. Quod si qui aliquando, vltro pro sua humanitate, multarum rerũ spectacula mihi visenda ingerant, narrentque hic calceus beatæ Annæ, hic lac virginis illibatæ, hic crines Andreæ, hic dens Apolloniȩ, aut quippiam simile: fidem meam in hisce quæ ostenduntur minime colloco, neque plurimum illa curans, neque despiciens (nam in his fidem meam CHRISTVS non requirit) sed eam in ijs quæ per narrata mihi reprȩsentãtur teneo, maxime quæ ecclesiam celebrare cognosco. & mente in cœlũ eleuata, ad ipsa rerũ visibilium exemplaria oculis mentis non corporis patẽtia: hoc, aut quippiam simile mẽte voluto. Benedicta sit Anna: quæ nobis reginã cœli peperit. Benedicta sit cœli terrȩque regina: quȩ suo virgineo lacte, filium dei pauit. Benedictus sit Andreas, et reliqui apostoli: auctorẽ vitȩ olim in terris sequuti, nũc autẽ eundẽ in cœlis perfecte assequuti, per quorũ prædicationem ad veri dei cognoscẽdi lucẽ sumus euecti. vnde æterno regi: super õnia gratiȩ sint immẽsȩ. Benedicta sit & Apollonia illa felix virgo: cui pro feruẽti ad CHRISTVM amore, dẽtes extracti fuere, & durissima irrogata tormenta. Aut aliquas oratiunculas ab ecclesia de ipsis ordinatas: si mora patitur ꝑsoluo. aut saltẽ cõmunẽ pro ritu ecclesiæ de oĩbus sãctis orationẽ: pronũcio,

Et hæc ideo se dicebat facere: quia sciebat astũ maligni plurimum esse, & eum fidem circa visibilia exposcere.& hinc: idololatriam & multiplicem animarum seductionem suboriri. augeriq; insuper, quæstus habendiq; noxia cupiditate superstitionem : ac multa mendacia fingi. non enim (dicebat) astutus ille veterator, veros adoratores quærit, qui neq; in hoc aut illo loco, neq; ad hæc aut ad illa spectra adorent sed in spiritu & veritate: sed vanos, & (vt sic dicam) superstitiosos, qui fidem suam rebus visibilibus affigãt. Sic phythonicas & magas: mittere solitas ad venerãdas quasdam sanctorum imagines, ac sanctos fictitios, & cœlesti ecclesię incognitos. Iccirco non se continuo inuocare õnes, quos populus putat sanctos, neq; omnibus in locis: sed quos certo sciret ab ecclesia, aut receptos aut vere approbatos. Et plæraq; tam phana quam quæ in illis coluntur : posse esse suspecta. Quare cum nouos sanctos, aut noua miracula fingunt, aut multa plærumq; peregrinis, stipis gratia prætexũt: quid, inquiebat, in talibus quenquam vanum esse oportet? Deum adora, & mentem extra templa & visibilia loca, visibilesq; rerũ imagines exere, quãuis corpus interea materialibus locis pro conditione syluæ qua circundamur detineatur, & simulachris visibilibus astet: vt tuus cultus, tuaq; ad-

oratio sit neq; hic neq; ibi, sed in spiritu & veritate. sic instruente nos domino orare: cũ dicebat. Sic ergo vos orabitis, Pater noster q es in cœlis: vt mẽs nostra, cũ oramus, in cœlis esset a rebus sensibilibus auocata, & nulli terrenarũ visibiliũq; rerum hærens. Et cum illi forte fortuna offerebãtur nonnulla, sacrorum loco deosculanda, quæ, quid essent, aut quorum, ignorabat: osculabatur quidem, secum dicens, propter dominũ nostrum IHESVM CHRISTVM, & ad eius honorem, hæc oscula figo, & ad honorem sanctorum quos sancta nouit ecclesia, & qui CHRISTO domino iugiter seruiũt, eiq; semper assistunt in cœlesti gloria. quorũ erga ipsũ interuentionis opem: supplex imploro. Neq; queq̃ sic venerantẽ: peccare putabat: etiã si ossa Neronis, aut Caiphæ, ignorãs osculatus fuisset. ¶ Et cum dicebã, si qua tibi offerrẽtur, nec 28
te lateret, ea reuera esse ossa Petri, Pauli, Ignatij, Teclæ, Iustinę, Christinę, aut alicuius taliũ CHRISTI triũphantium martyrũ: nõne ad illa etiã visibilia sanctorũ monumẽta, magna afficereris deuotione? Quid ni, dicebat ille, magna afficerer? nam & sanctę sunt sanctorũ exuuię: & æternitatis gloria fulgebũt aliquando. verũ tunc illorum non esset fides: sed iam certitudo quædam, & sciẽtiæ similitudo. Qualis est de corpusculo illo Simonis infantuli Tridentini:

qui prius noſtris temporibus glorioſa martyrij palma, CHRISTO in cruce paſſo aſſimilatus eſt, q̃ CHRISTI nomen, pro quo tam diro affi-ciebatur mortis ſupplicio, inuocare natura illi tribuiſſet. vix enim bimatū exceſſerat: puer ille glorioſus. Cuius corpuſculum omnibus quot-quot illud contuentur, reuerendum eſſe decet: tanq̃ CHRISTI paſſi ſymbolū. nā & eius paſ-ſionē: multis virtutibus ac ſignis CHRISTVS dominus ſe acceptaſſe declarauit. Non tamen in hoc quãuis certiſſimo corpuſculo, & reliquo rum martyrū etiā indubitatis depoſitionibus, ſiſtenda mens eſt, etſi religioſa veneratione affi-ci debeant: ſed CHRISTVS in illis ſumme colē dus, adorādus, glorificandus eſt, & animus ad beatarum animarum (quarum ſancta corpora adhuc in puluere terrę quieſcentia: reſurrectio-nis gloriā expectant) opē implorandā euehē-dus. At non omniū: certitudo eadē eſt. nam va rijs in locis concertāt, ſeſe ſanctorū eorundem eadem retinere pignora: adeo vt horū, aut illo-rum ſtultam fidem eſſe oporteat, ſi in hiſce viſi bilibus fidem collocent. Addebat præterea. Si curuaueris genu ante imaginem deiparæ virgi nis: vt genu corporeum curuatū eſt ante viſibi-lem imaginē, ita genu mentis tuæ in cœlo ante imaginis veritatē curuatū ſit, quā mēs venere-t ur vt dei matrē, dei autem virginiſq; filiū: tota

tes quascũq; fecisti: & adorent coram te domine, & glorificent nomen tuum. Interdum alia: prout illi suggerebat spiritus. Atq; ibi tunc adorasse CHRISTI præsentiam: quandoquidem CHRISTVS vbiq; præsens est. Quinetiã mẽtem suam ibi nõ fuisse, quasi ad simulachrum quoddam intẽta detineretur, sed simul in cœlo, simul in Hierusalem, non tunc quidem, sed quo tempore CHRISTVS pendebat in cruce. Neq; id mirum debere videri. Nam tametsi sigillatim animas nostras deus finxerit, & corporibus indiderit, sicut scriptũ est, Qui finxit sigillatim corda eorum: tamen mentes nostras locis capaciores, & tẽpore antiquiores esse dicebat, vtpote quæ supra loca, & tempora, & visibilia omnia sint. Et addidit, cum esset ante sacratissimã dominici corporis teletam, omniũq; augustissimum maximeq; venerandum sacramentum, quod (vt aiebat) vnicum sanctũ sanctorum est quod in templis cõtinetur, quodq; omnia alia sanctificat, perficit, & consummat: se illic adorare CHRISTVM CHRISTIq; præsentiam corporaliter, non autem sic in alijs locis. nam non solum illic esse CHRISTI præsentiam qui vbiq; est, sed etiam CHRISTI præsentiam corporaliter, dicebat. Sic ille philosophatus: me instituebat quo pacto aut sanctos venerari, aut deum pie, pure, sancteq;

colere ac adorare deberem. ❡Sic itaq; emenso itinere, ad ædes diui Maximini perueni: atq; inibi tres, quāuis tunc tres esse nescirem, veneratus sum. Mariam sororem Marthæ: quā dominus sacro ore dixit, optimam partē elegisse. Et illam olim Peccatricē, cui a domino dimissa sunt peccata multa: quoniam dilexit multum. Et Mariam Magdalenam a qua septem eiecta fuere dæmonia: quæ stetit ad monumentū, foris plorās. Quod idem (autumo) cæteri alij faciunt peregrini. Et quāuis re ipsa tres sint: charitate tamen, & cōsummata quidem charitate, vna sunt. Neq; tribus displicet, vna laude celebrari: neq; vni, triplici. facessit enim procul ab eis: simultas ōnis, omnisq; inuidia. sed & neq; tribus: sub vno nomine venerari. Quas & ego sub eodem nomine, Maria inquā Magdalena, veneror, cēseoq; nūc venerādas cū viatorū ecclesia, quæ etiam multis quorum vera nomina in cœlis cognoscuntur, & a pijs viatoribus CHRISTI miseratione tandem cognoscentur, sicuti & Adaucto, concessit, vt sub mutuario nomine, venerationis ritu colerentur. Atq; tunc ad eas venerandas, vbicunq; id contingeret: satis mihi erat, loca ipsa memorijs earum vel sub vnius nomine esse dicata, etiam si nihil vllius earum ex mortalitatis exuuijs in illis locis esset adseruatū, satis inquā erat mihi, quod

& omni mēti: quę sine loco & sensibili symbolo purius colit. Felix igitur illa Maria Marthę soror: quę dominum cœli, terreno alacriter suscipiens hospitio, fratrem ex mortuis rediuiuum suscepit, quæ ad pedes domini, audiendi studio perattenta, optimam vitæ partem nullo fine claudendā delegit. Felix & illa olim Peccatrix, nunc veneranda, nunc sancta: quæ lachrymis suis pedes redemptoris mundi rigās, & ipsum redemptorem, vitęq; largitorem ęternę, multum diligens, veniam multorum peccatorum obtinuit. Felix deniq; & illa: quæ sæuissima septem dæmoniorum tyrannide expulsa, suum sequuta est liberatorem, et ei de facultatibus suis ministrauit, qui sua prouidentia sustinet vniuersa. quæ & prima: lachrymis suis ad sepulchrum, obtinuit videre dominū in immortalitatis gloria, & deuicta morte triumphantem, apostolis apostola. ¶ De quarum distinctione & gloria, si quid minus pro dignitate dictum sit: nobis apud eum qui omnes vt vnā, & vnā vt ōnes, æterna felicitate coronat, ipsę comprecētur veniam. vt nobis tandem ad earum consortium, in regno illo vitæ indeficiētis, idem ipse peruenire concedat: qui sæculorum omnium rex est, atq; cum summo patre, & spiritu sancto, in sæculorum æternitate regnat.

A M E N.

DE TRIDVO CHRI- STI.



Ic finem facturus erã vír Clarissime: nisi repente in mentem subijsset, q̃ nõ solum de harum trium sanctarum mulierum numero, sed etiam de triduo mortis & sepulturæ CHRISTI, multis addubitatũ fuit, quonam pacto intelligendum veniret euangelium. Quinq; adeo in huius materiæ intelligẽtia, rei difficultate pressi, sudarunt quidam: vt Euangelistas contraria loquutos dicerent, atq; nulla reperta concordia: ad hoc confugerent, vt & Marci testimonium non recipiendum, & in parte Euãgelium eius trũcandum ducerent. quorũ nullũ: neq; verum, neq; ad quęstionis difficultatẽ enodandam, necessarium existimo. Proinde mihi non ab re visum est: eodem contextu illud exequi, prout hac in re nobis lucem infuderit dominus. nam & tenebræ sumus: & nihil ex nobis ipsis possumus. Primo igitur Euangelistarum verba citemus: in quibus dominus se tertia die surrecturũ prædicit. inquit enim Matthæus. Tunc præcepit discipulis suis: vt nemi-
Matthæus 16 20 ni diceret quia ipse esset IHESVS CHRISTVS.

Exinde cœpit IHESVS ostēdere discipulis suis: quia oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et iterum alio loco: inducit dominum sic discipulos suos alloquentem. Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condēnabunt eū morte. & tradent eum gentibus ad illudēdum, & flagellandum, & crucifigēdum: & tertia die resurget. Et Marcus de domino. Docebat autē (inquit) discipulos: & dicebat illis. quoniā filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occisus, tertia die resurget. Et Lucas de eadē re, similē retinet sentētiam: inducens dominum interrogantem discipulos, & eos admonentem, hoc pacto. Vos autem: quem me esse dicitis? Respondens autem Simon Petrus dixit: CHRISTVM dei. At ille increpans illos: præcepit ne cui dicerent hoc. dicens, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari a senioribus & principibus sacerdotū & scribis, & occidi: & tertia die resurgere. Et rursus alio loco, inducit dominum sic discipulos alloquentem. Ecce ascendimus Hierosolymam: & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspue-

Marcus 9

Lucas 9 18

tur. & poſtq̃ flagellauerint, occident eũ: & tertia die reſurget. Ecce ex Matthæo, Marco, & Luca: quo modo apertiſſime ab occiſione domini, quam continuo eodem die paraſceues ad veſperã ſepultura ſequuta eſt, tertia die dominus ſurrexit. ¶ Sed ex ſcriptis nonnullorum, 2
inſtabunt aliqui: quæ tamen parui æſtimanda erunt, præſertim ſi intelligentiæ ſpiritus euangelici quantulumcunq; aduerſari videbuntur. Et primo ex Ambroſio: defendente dominũ noctu ſurrexiſſe, in expoſitione huius, Veſpere autẽ ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, hũc
Ambroſius in modũ. Primũ igitur (inquit) illud ſpectandum eſt: quid eſt quod ſcriptũ eſt, Veſpere autem ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, ſurrexiſſe dominũ. Et ſubdit. Nõ enĩ die ſabbati (nã ſiluerunt die ſabbati ſecundum mãdatum) ſed poſt ſabbati diem, nocte vtiq; ſurrexit. ¶ Hic 3
imprimis dicimus: nõ eſſe ſcriptũ, Veſpere autem ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati ſurrexiſſe dominũ, ſed veniſſe mulieres videre ſe-
Matthæus 28 pulchrũ. Sic enim Matthęus. Veſpere autẽ ſabbati q̃ luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrũ. Quãq̃ etiã ſi nocte illa q̃ ſequitur ſabbatum, ſurrexiſſet dominus: nõ iccirco ſit, quin tertia die ſurrexiſſet. nã Hebræorum mos eſt: diẽ ſuum naturalẽ ab initio noctis auſpicari.

& nox apud eos: diē præcedit artificialē. ſicut
ſcriptū eſt. Et factū eſt veſpere & mane, dies Geneſis
vnus. Sic itaq; cū dominus die paraſceues mor 1
tuus ſit, & toto ſabbato iacuerit in ſepulchro: ſi
nocte ſequēte ſabbatū quæ tertię diei eſt initiū,
ſurrexiſſet, procul dubio tertia die ſurrexiſſet.
¶ Verum nullus hic mihi indignetur, oro: ſi
non omnia tribuere poſſim Ambroſio, quę hic
ſua argumentatione contendit, & particulatim
ad nōnulla reſpondeam. non enim id facio, vt
cum tanto doctore contēdam, aut me reſpectu
eius aliquid eſſe exiſtimē: ſed vt de reſurrectio-
ne domini (ſi ipſe præſtare dignabitur) magis
4 eluceſcat veritas. ¶ Neq; id cōtinuo tribuendū
illi cēſemus, dominū noctu ſurrexiſſe: præſer-
tim cū in reſurrectione domini, ipſe & Euāgeli
ſtæ omnes, diē ſemper nominēt, nūq̄ noctē. Et
id prophetæ, Exurgam diluculo: de eius reſur-
rectione interpretari ſoleant. diluculū autē: nō
ad noctē, ſed diē pertineat. ſiquidē a diei luce
ſic dictum eſt. Et Marcus dicat. Surgens autē Marcus
IHESVS, mane prima ſabbati: apparuit primo 16
Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat ſeptem dæ
monia. Si autem mane: non igitur noctu. nam
ſicut veſpere, nocti: ita mane, diei annumerari
5 ſolet. ¶ Sed anget forſitan alios id quod &
beatum Ambroſium: quomodo id Matthæi,
quod ſic græce habetur, ὀψὲ δὲ σαββάτων τῆ

ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε μαρία ἡ μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον, exponi debeat, aut quid prætendat?

¶Non abſurde forte crediderim: ſi hoc idem prætēdere exiſtimem, ac ſi dicatur. Tarde autē ea die ſabbatorum quæ luceſcit in vnam (id eſt primam) ſabbatorum: venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrum. Et ꝙ vocabulum die, in prima particula intelligat Euāgeliſta: ſatis ipſe inſinuat articulo fœminino τῇ, qui nihil habet quod referat, niſi ex cōſuetudine loquendi ἡμέρα id eſt die, ſicuti & poſt, μίαν adiectiuum fœmininum, ἡμέραν id eſt diem, reſpicit. Stultum enim eſſet, articulū illum τῇ referre ad aduerbium ὀψὲ, vel veſperum, vel veſper: quæ nequaquā hic habentur. Adde ꝙ non apte dicitur, veſperum vel veſper luceſcit. nam veſperū tunc eſt: cum lux diei deficit, & tenebræ obtinent. obtenebreſcit igitur veſperū: non luceſcit. Ergo ſi prima die ſabbatorum quæ luceſcit in primam ſabbatorum venerunt ſanctæ illæ mulieres, vt viderent ſepulchrū: interdiu venerunt, et non noctu. ſed ſero tardeq; nimium vt vngerent IHESVM: quia nō amplius iacebat in ſepulchro. Et id, ὀψὲ hic potius ſignificare crediderim, q̄ veſpere: vt & in hoc loco ānotat ipſe Ambroſius, dicēs. Deniq;: græcus ſermo dixit ὀψὲ, hoc eſt ſero. ſe

Ambroſius

ro autem: & horam signat in occasum diei, & cuiusq; rei significat tarditatem. quomodo si dicas, sero mihi suggestum est: id est tarde. sero venit: id est qui post præstitutum tempus aduenit, licet mane sequenti die venerit. Hæc Ambrosius. Si igitur accepisset ὀψὲ in ea significatione qua sero tardeq; significat, & etiã intelligentiæ applicuisset: nõ puto dixisset, dominũ noctu surrexisse. sed quia veterem sequutus est interpretẽ qui alia significatione vsus, ὀψὲ vertit vespere: lapsus videtur, si tamen lapsus, & multi forsitan post ipsum veteremq; interpretem. Nam propemodum existimem hac significatione qua sero siue tarde significat nõ nocturnum tempus, sed tarditatem cuiuspiam exequẽdi muneris aut negocij: tum illi, tum veteri interpreti fuisse vtendum. Et sacer Hieronymus hanc etiã significationẽ ad Edibiam post Ambrosiũ approbat: et eiusdẽ sententiã de tẽpore resurrectionis domini sequitur. vnde plurima difficultate laborat: adeo vt existimet, Marci testimoniũ nõ recipiendũ, aut nouo sub distinctionis modo cõtextũ literæ intelligẽdũ, quorũ neutrũ credimus oportere. Et hãc etiã dictionis ὀψὲ esse significationẽ indicat Hesychius: dicẽs. ὀψὲ, μετὰ πολὺν χρόνον, βραδέως, id est, post multũ tẽpus, tarde. ¶ Et perparũ suffragatur Ambrosio qđ adijcit ad cõfirma

tionem argumēti ſui: Mulieres profunda no-
cte veniſſe. Nam ex Marco: mane venerũt, &
orto iã ſole. ¶ Addit inſuper. Vnde & mulie-
res, ad monumentũ accedēdi habent facultatē:
iam vtiq; cuſtodibus quieſcētibus. & ipſi cuſto-
des terrentur amplius: quod vſu venit excitis.
¶ Sed quomodo accedēdi facultatē habuiſſet:
cũ ſepulchrum eſſet obſignatum, & ingens ſa-
xum obuolutum ad oſtiũ monumenti, quo ni-
ſi vi grãdi amoto, introire noctu ad ſepulchrũ
non potuiſſent? Nonne cuſtodes permiſiſſent:
aut territi, mulierculis ceſſiſſent? An nõ timuiſ-
ſent magis: ne ſi intrare permiſiſſent, ſignacu-
la infregiſſent, & etiã cum eſſent plures, corpus
ſuſtuliſſent? quãdoquidē vna ſola talis tãq; ani
Ioannes 20 moſa erat: vt tollere vellet. Si tu (inquit) ſuſtu-
liſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eũ: & ego eũ
tollã. Enimuero veriſimilius eſt: mulieres me-
tu noctis, cuſtodũ, et locorũ extra vrbem ſito-
rum & a vicinia remotorum, veniſſe die illuce-
ſcente, q̃ noctu. ¶ Sed ſuam ſententiam, domi 7
num noctu ſurrexiſſe, roborat: inquiens. Prin-
cipes ſacerdotum, congregati cum ſenioribus:
id factum eſſe confirmant, dicentes cuſtodibus.
Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt: &
furati ſunt eum nobis dormientibus. ex tempo
re enim quod a cuſtodibus compererunt: argu
mentum fraudis accipiunt. ¶ Non ierim inſi-

cias: custodes nocturno terræ motu, & repentina excussione ingentis lapidis ab ostio monumenti, fuisse miserabiliter obturbatos, ac cito citoq; vesano metu percitos, fugisse. Quando enim ministri principis tenebrarum deturbari debuerunt: nisi noctu, & existētibus tenebris? Neque negauerim: illum terræ motum, noctu factum fuisse. At nondum ob id, tribuo: ipsum victorem triumphatoremq; principis tenebrarum, noctu & in tenebris surrexisse. Si enim signa mortem eius præuenerunt: quid mirum, motum illum resurrectionem eius præuenisse, & postea surrexisse dominum mane prima sabbati, vt fidelis testis eius memoriæ prodidit Marcus? Neq; digni etiam erant custodes illi: vt hora resurrectionis æterno regi adessent, cui neq; apostoli, neq; discipulorum vlli, sed soli angeli astiterunt. Neq; sciuerunt vnquam principes sacerdotum & seniores congregati, crudelissimi, CHRISTI crucifixores: qua hora dominus vitæ surrexerit, neq; profecto digni etiam erant. sed solum mendacijs, suos armabāt custodes: quos nimio terrore correptos sciebāt noctu fugisse. & ipsi quoq; perfidi mendaciorum instructores: si affuissent, vt qui longe vecordiores erant. concitatius nimio pauore exanimati fugissent, nisi saginati aqualiculi, & præpingues ventres, eos tardiores ad fugam

reddidiſſent. ¶ Poſtremo, ita eſſe ex Ioāne cō-
tendit: dicens. Nam & Ioānes, mane cum ad-
huc tenebræ eſſent, Mariam Magdalenam ad
ſe & Petrum veniſſe ſignificat: & tamen ignarā
factę reſurrectionis inducit. Sic ille. ¶ Sed nū- 8
quid eo ꝙ Maria Magdalena mane venerit ad
ſepulchrum, tenebris tamē adhuc ſepulchrum
occupantibus, quemadmodum in aurora aut
diluculo adhuc domos & loca obſepta muris
parietibuſve occupare ſolent tenebræ, & vide-
rit lapidem ab oſtio monumenti ſublatum, cu-
ſtodes non viderit (nam nimio perculſi metu:
iam fugerant) & hinc opinata ſublato domini
corpore eos abijſſe, cucurrerit id Petro & Ioā-
ni nunciare, non quod verū erat, ſed quod ſu-
ſpicata & falſo quidem, fuerat: nūquid inquā
ob hæc recte efficietur, dominū noctu ſurrexiſ-
ſe? Et Ioannes: ignarā factæ reſurrectionis in-
ducit. Si ignara: quomodo igitur ex eius teſti-
monio, colligere quis poteſt, factam reſurrectio
nē, & eam quidē noctu? Et etiā ſi dicit Ioānes
eā ad ſe & Petrū veniſſe mane, cū adhuc eſſent
tenebrę, ſi mane & diluculū idem eſt, et dilucu-
lū pellit tenebras, & mane quoqꝫ: pugnāt du-
bio procul aliquo modo, ꝙ mane tunc eſſet, &
tenebrę ſimpliciter eſſent. Neqꝫ Euāgeliſta di-
cit, Mariā Magdalenam ad ſe & Petrū mane
veniſſe, cum adhuc tenebræ eſſent: ſed veniſſe

ad monumentum. Neq; simpliciter cum tenebræ essent: sed σκοτείας ἔτι οὔσης εἰς τὸ μνημεῖον. id est, cum adhuc tenebræ essent ad, siue apud monumentũ. Sed esto id, Cum adhuc tenebræ essent, reuocetur ad præcedens, venit, & non ad sequens, ad monumentum: nullus tamen inficiari potest quin mane referatur ad venit. Quare, venit mane: sed neq; perfecto die, neq; perfectis tenebris, sed partim diescente, partim adhuc tenebrescẽte tempore. Atq; hoc tempus: diluculum & crepusculum dici solet, quod in diem computatur potius quam in noctem. & in quo dominum surrexisse, nequaquã abnuemus: sicut scriptum erat. Exurgam diluculo. Ex hac igitur Ioannis litera, nullo pacto trahi possit: dominũ noctu surrexisse. ¶ Et deniq; quasi fulcimentum additur. Et vt scias nocte factum: aliæ mulieres nesciunt, aliæ sciunt. sciũt: quæ obseruabãt noctibus & diebus. nesciũt: quæ recesserũt. ¶ At dici oportuit: quęnam obseruabant diebus ac noctibus. nam nulla, vt arbitror, obseruasse: sed omnes mane, hæ citius, illæ tardius, ad monumẽtum venisse depræhẽdentur. Nulla item adduci poterit, quę cognouerit dominum noctu surrexisse: cum prima cui apparuit, fuerit Maria Magdalene a qua septem eiecerat dæmonia, quæ mane venerat ad monumentũ, & postea acces-

Psalmus 56

ſit ad Petrum & Ioannem, & redijt ad ſepulchrum. Et abeuntibus Petro & Ioanne: nihil adhuc de domini reſurrectione nouerat. Vnde tanto eundi redeundiqꝫ interuallo: ſi prius primo mane venerat, tunc ſane cum vidit dominum, alta dies eſſe potuit. Adde ꝙ q̄uis aliæ mulieres, quæ poſteriores dominum occurrentem in via viderunt, valde mane ad monumētum veniſſent: iam ſol teſtante Marco) exortus erat. Et cum tranſijſſet (inquit) ſabbatum:
Marcus 16 Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salóme, emerunt aromata, vt venientes vngerent IHESVM. & valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumētum: orto iam ſole. ℂ Sed adijcies 10
forſitan: mirabile valde eſſe quod ait Euangeliſta, Valde mane veniunt ad monumentum orto iam ſole. nam ſi valde mane: quo modo orto iam ſole? ℂ Mirabile certe eſt, ſed mirabile mirabili opponā: patiente ſcilicet totius maieſtatis domino, ſolē trihorio lucem ſuā dieꝗ mundo denegaſſe, & lunam repēte (teſte Dionyſio) eundem ſubijſſe, ne & ipſa poſſet alicui parti orbis illucere. Quid igitur, ſi ſol qui lucē ſuā, quaſi lugēs CHRISTO moriente retraxit: eandem quaſi exultans ipſo reſurgente accelerauerit, & tanq̄ officioſus (quod videtur innuere Euāgeliſta) citius ſolito, illo die ob reſurrectionis gloriam, illuxerit exortuſqꝫ fuerit, iu-

xta illud, Valde mane veniunt ad monumentũ: orto iam ſole? De defectu ſolis ab hora ſexta quæ eſt meridiei, vſq; ad horam nonã, tenebriſq; illis ſubito exortis, terræ motu, & petris ſciſſis domino moriente, & monumentis apertis eodem reſurgente, ac rediuiuis a quãplurimis in ciuitate ſancta viſis poſt domini reſurrectionem: quis certiorem hiſtoricum q̃ Euangeliſtam requirat? Cur igitur & in hoc, q̄ ſummo profundoq; mane exortus ſit ſol, ſolitum exoriendi modum præueniens: alium requiras hiſtoricum, cur alium teſtem q̃ Euangeliſtam? Verbi cauſa. ſi alijs diebus hora prima exoriebatur (ab exortu enim: primam horam artificialis diei computant Hebræi) tunc multo ante primam quod eſt ſummum mane, illa die exortus ſit? Et hoc etiam ex Euãgeliſta ſecretũ noſſe: gaudere debes. ¶ Ergo, dices, nox illa: duodecim horarum non fuiſſet. ¶ Quid inde? Nõne dominus: diei dominus eſt & noctis? Si nox, diem paſſionis intercepit: quid ſi dies, noctem reſurrectionis interceperit? & vt ille ſubortis tenebris breuiatus eſt: ita & hæc, accelerante ſole, ſit abbreuiata, dies autem prolongatus? Quod & id pſalmi 56, iuxta vnã intelligẽtiam, Excitare gloria mea, excitare pſalterium & cithara, excitabo auroram: inſinuare videtur, tanq̃ in ſpiritu, dicẽte propheta. Acce- Pſalmus 56

lera excitationem tuã O MESIAH gloria mea, accelera excitationem tuam O MESIAH laus psalterij mei & citharæ: & spiritu respondẽte, accelerabo tempus auroræ excitationis meæ. Nã quid aliud per excitare aurorã, q̃ efficere vt ea ipsa solitũ tẽpus prçueniat, ita vt citius solito sol oriatur: intelligere debemus? Quod & huic dicto Euãgelistæ, Valde mane veniũt ad monumẽtum, orto iam sole: admodũ consonũ est.

Marcus 16

¶ Attamen (inquies) Beda de resurrectione domini & mora eius in sepulchro, q̃uis acquiescat dominum mane, quod diei adiũgitur, surrexisse: aliter tamen scribit. Nam illud (inquit) quæstione nõ indignũ esse videtur: quomodo saluator tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuerit, cum ipse in parasceue hora quasi sexta sit crucifixus, & in vna sabbatorũ valde diluculo resurrexerit a mortuis. Itaq; intelligendum est illud synecdochice dictũ, hoc est, si diei parasceues partẽ qua sepultus est cũ præterita nocte pro nocte & die accipias, & pro toto die sabbati noctẽ & diẽ integrũ, et noctẽ dominicã cum eodẽ die illucescẽte ac per hoc incipiente, partem pro toto: habes profecto triduum & tres noctes. Nec illud etiam minus consyderandum est: quia simpla mors redẽptoris nostri, profuit duplæ nostræ, et simpla eius resurrectio: profuit duplç nostrç. 11

Beda

mors carnis eius & reſurrectio eius, mors carnis noſtræ & reſurrectio eius, mors animæ noſtræ & reſurrectio eius: duæ ſunt mortes noſtrę, & duæ ſunt reſurrectiones noſtræ. duo & duo: ſunt quatuor. vnam mortē domini & vnā reſurrectionem eius, adde ad quatuor noſtras: & ſex faciūt. Igitur ſimplum domini & duplū noſtrum, tres ſunt: & tres partes habet ſenarij numeri. quod ſignificauerūt triginta ſex horæ: quibus fuit dominus in inferno. Huic ſimplo: congruunt duodecim horæ diurnæ, & viginti quatuor nocturnæ. Item viginti quatuor: ad duplam mortem noſtram conueniunt. et illæ duodecim horæ: ad mortem domini ſimplam. Non autem immerito, vno die in ſepulchro & duabus noctibus iacuit: quia videlicet lucem ſuæ ſimplæ mortis, tenebris duplæ noſtræ mortis adimpleuit. Hæc Beda. Ecce poſuit dominum viginti quatuor horis nocturnis in ſepulchro iacuiſſe: quod nequaq̄ ita eſſet, ſi nox illa duodecim horarum non fuiſſet.

12 ſet. ❡Fateor ſane Bedam, hæc magna cum diligētia, partim ex Auguſtino, partim ex ſeipſo dixiſſe: & agnoſco imprimis venerabilem mihi Bedam eſſe, ſed infra Euangeliſtam. & multa hic egregie humano more philoſophatum: ſed forte perparum ad intelligentiam ſpiritus ac euangelicum ſenſum. & hic ſudaſſe: vt per grā-

maticorum figuras ostēderet, quomodo tribus diebus & tribus noctibus iacuerit dominus in sepulchro. quod mysterium: dominus non per grammaticam, sed per sacram Ionæ figuram intelligi voluit. Et insuper difficile admodum illi fuisse, ex viginti quatuor horis nocturnis, quibus solum dominus, sentētia eius fuit in sepulchro: tres noctes comminisci. quāuis forte etiā paucioribus fuerit: si sol illa die citius solito exortus sit. Et multo magis ex duodecim horis diurnis: tres conflare dies, aut æquales, aut paulo lōgiores q̄ sint in ęquinoctio. Igitur Bedam laudabimus: ꝙ tam generoso conatu pro ingenij viribus, voluerit nobis hoc mysterium aperire. sensum tamen spiritus ac euāgelicum, quisquis is sit: illi, cæterisq; scriptoribus, iure prçferemus. ❡ Nec id quēq̄ offendat, ꝙ ex ver 13
bis euāgelicis quispiam suspicetur, noctem illā resurrectionis fuisse breuiorem, q̄ si dominus non resurrexisset: cum tamen Astrologi ex supputationibus suis nihil tale factum intelligere possint. ❡ Quid enim cuiq̄ cum Astrologis: cum diuina tractātur? Qui tamen si affuissent: potuissent haud dubie, & ipsi non tam supputationibus, quā horoscopijs & instrumentis astrologicis deprahendere, sicuti Apollophanes & Dionysius suis quadrantibus & astrolabis: innaturale illud, terrificum, & nullo sæcu-

lo auditum solis deliquiū. ¶ Arbitror itaqꝫ satis monstratum, dominum nostrum: die illucescente, & die quidē tertia, surrexisse, & nō nocte, vt Ambrosius, q̃uis nō sine impellentibus & apparentibus fortibusqꝫ suadelis, id opinatus sit. ¶ At quāq̃ eloquia summā auctoritatis obtinēt: prodeant tamen alij doctores ecclesiæ, qui huic sentētiæ Ambrosij non accedunt.
14 Hieronymus id Marci, Et cum transisset sabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salóme emerunt aromata, exponens: ait. Post sabbata tristia: felix irradiat dies, qui primatū in diebus tenet, luce prima in eo lucescente, & domino in eo cum triūpho resurgente. hæc est dies quā fecit dominus: exultemus & lætemur in ea. Ecce, Hieronymus sentit dominum prima luce diei surrexisse: si modo is commentarius in Marcum, eius sit. Nam in solutionibus quæstionum ad Edibiā, aliter sentire videtur, sequiqꝫ Ambrosium: cui penitus vt Ambrosio satisfaciendum est, eisdēqꝫ responsionibus. Augustinus vero in quodam sermone natiuitatis: de domino, sic dicit. Qua die conceptus est ex vtero: in ipsa die resurrexit ab inferis cum gloria passionis. Et subdit. Ad vesperū abundauit fletus: & ad matutinum lætitia. vesperum passionis: quando sequebatur eum multitudo populi, & mulieres lamentabātur & plorabāt.

Hieronymus

Augustin9

matutinum reſurrectionis: quo mulieres cum gaudio a monumento,& diſcipuli cum gaudio ad monumentum currebant. Item libro quarto de trinitate. Ab hora ergo mortis vſq; ad di-

4.De tri. 6

luculum reſurrectionis: horæ ſunt quadraginta,vt etiam ipſa hora nona connumeretur. En: quomodo etiam aperte, Auguſtinus ſacræ reſurrectioni matutinum & diluculum tribuere videtur. ¶ Hiſtoria tamen Sampſonis, adhuc cuipiam videbitur: fauere opinioni eorum qui ſentiunt dominum noctu ſurrexiſſe. Nam ſunt

Iudicum 16

qui id Iudicum de Sampſone (Abijt quoq; in Gazam, & vidit ibi meretricem, ingreſſuſq; eſt ad eam. Et quod ſubditur. Dormiuit autē Sampſon vſq; ad medium noctis:& inde conſurgens appræhendit ambas portæ fores, cum poſtibus & ſera, impoſitiſq; humeris ſuis portauit ad verticem montis qui reſpicit Ebron) volunt dominicæ reſurrectionis, ꝙ facta fuerit in media nocte,figuram videri.pręcipue ex his verbis, Dormiuit vſq; ad mediū noctis, & inde conſurgens. ¶ Sed noſſe operęprecium erat: vocabulum Hebræum VAIS CAB hic poſitū: non potius dormiuit q̄ cubuit,quieuit,mā̄ſit in lecto ſignificare. Et nō ab re forſitan quiſpiam putauerit Sampſonem tam paruo tempore,vix ſcilicet quatuor horarum ſpacio,non dormiendi, ſed leuandi animi cauſa, ad meretricem in-

gressum. ¶ Et hoc etiam quod subinde in eodem loco de somno & exurrectione eius, scribitur (Qui consurgens de somno: extraxit claIudicum 19
uum cum crinibus & licio. Item. Qui de somno consurgens: dixit. egrediar: sicut feci ante) cur de resurrectione non interpretãtur, cum similia, & expressiora etiam verba habeantur? Cur illic potius: quã hic? Arbitrarium certe id videtur: & nullo sufficienti argumẽto suffultũ. nam & dominus de sua dormitione & mora sub terra ad tẽpus vsq; resurrectionis suæ: non ad Sampsonis, sed ad Ionæ nos remittit figuram. Q si id facinoris Sampsonis, figura fuit: potius monstrat inferorum confractionem, & CHRISTI despoliatis euictisq; inferis triũphum, ex portarum, postium, & seræ sublatione, q̃ tẽpus resurrectionis dominicæ. An CHRISTI testimoniũ ex figura Ionę relinquet quisquam: vt sequatur incertum, & nullo eloquiorum testimonio confirmatum? Non est igitur validum ex figura Sampsonis sumptum argumentum, ꝙ dominus media nocte surrexerit: quãuis etiam quædam Gregorij ad populum de resurrectione domini, declamatio, nõnullis ad id ferre posse videatur suffragium. ¶ Quod & rursus: alia ratione perspicuum fuerit. nam si hic, vix quatuor horæ ponũtur, et nox nominatur: cur id, figurã ꝙ resurrectio domini qui

tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde
terrę, media nocte facta fuerit, esse putabimus,
& non potius vbi tres dies & mane nominan-
tur, & multa alia resurrectioni maxime accom
[E]xodus modata vt id Exodi. Iãq; aduenerat tertius di-
19 es, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audi-
ri tonitrua & micare fulgura. Et subditur. Eo
quod descendisset dominus super eũ. Ecce ma-
ne tertiæ diei, dominus exhibet suam præsen-
tiam, tonitrua fiunt, micãt fulgura, quadragin-
ta diebus diuinitas adest, post quos se recipit in
cœlũ. In Osee similiter tres dies nominãtur et
diluculũ: & tertia ac diluculum resurrectioni
[O]see deputãtur, vbi sic habetur. Viuificabit nos post
6 duos dies: in die tertia suscitabit nos. Et subdi-
tur. Quasi diluculum: præparatus est egressus
[S]ophonias eius. Et Sophonias. Veruntamen diluculo sur-
3 gentes: corruperunt omnes, cogitationes suas.
Quapropter expecta me dicit dominus: in die
resurrectionis meæ. Vides, vbi de diluculo mẽ-
tionem fecit: continenter diem suæ resurrectio-
nis adiungit dominus. Parum igitur efficax: tũ
ex verbis domini, tũ ex alijs figuris & prophe
tis, habeatur illa, ad resurrectionis propositũ,
Sampsonis figura. ❡ Et licet hactenus forsitã 17
abũde tibi, dominum die tertia & interdiu sur-
rexisse ostẽdisse videbor: miraberis tamen quo-
modo in triginta sex horis, si non etiam pau-

ctoribus, tres dies & tres noctes computentur.
¶ Vt paucis, pro virili faciã satis: nõ autumo, ex horarum supputatione quærendã esse eius rei, dominum videlicet tertia die resurrexisse, intelligentiã (hæc enim humana & curiosa magis est: q̃ vera forsan indagatio) sed secundum scripturarum intelligẽtiam. Proinde dicere videtur Paulus: prima ad Corinthios. Tradidi enim vobis imprimis: quod & accepi. quoniã CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris: secundũ scripturas. Et quia sepultus est: et quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Ac si aperte diceret: resurrexit tertia die, non secundũ sensus vestros vestrasq; intelligẽdi præsumptiones, sed secundum scripturas, secundũ sensum intelligentiamq; scripturarum. qui sensus, & quæ intelligentia: spiritus est. ¶ At fortius insistes, scire cupiens: quis is sensus, quæ ea intelligẽtia spiritus. ¶ Respõdeo, q̃ tametsi mihi impossibile sit, ex me ad illam intelligentiã penetrare: eam tamen hac in re esse puto, quã deifer Ignatius in prima epistola quæ est ad Trallianos aperit, de domino sic loquẽs. Ante vero solis occasum, de cruce depositus est: & sepultus in monumento nouo. Sabbato vero: mansit sub terra in sepulchro, in quo posuit eũ Ioseph ab Arimathia. Dominica autẽ die: surrexit a mortuis. secundum quod dictum est ab

1. Corin. 15

18

Ignatius ad Trallianos

eo. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus die=
bus & tribus noctibus: ſic erit filius hominis
in corde terræ tribus diebus & tribus nocti=
bus. Continet autem dies paraſceues: paſſio=
nem eius. ſabbatum vero: ſepulturam & re=
quiem. dominica autem: reſurrectionem. Hęc
Ignatius. Igitur hi tres dies: non a triginta
ſex horis colligēdi ſunt, ſed ſic. dies paſſionis.
dies ſepulturæ. dies reſurrectionis. paraſceue.
ſabbatū. dominica. Die paraſceues: vere mor=
tuus eſt. ſabbato: vere iacuit in ſepulchro. die
dominica: vere reſurrexit a mortuis. ¶ Dices 19
hic, verum et indubitatum eſſe, dominum vitę
tertia a paſſionis ſuæ die reſurrexiſſe: ſed non
ſatis ex hoc exploratum haberi, ipſum tribus
diebus & tribus noctibus in corde terræ fuiſſe.
Nam eſto, inquies, ꝙ die paraſceues iacuerit
in ſepulchro, & die ſabbati, & die dominica
quatenus ſurrexit diluculo: non potuit tamen
in ſepulchro fuiſſe, niſi nocte ſabbati, & nocte
dominicæ, quæ duæ tantum noctes ſunt. ¶ Id 20
vnum aſſerere poſſumus: veriſſimum eſſe domi
ni verbum, & veriſſimum euangelium: quãuis
intelligentia eius nos fugeret. Aſpiret tamen
ille qui lucet in tenebris & omnes illuminat: vt
neqꝫ hoc myſterium nos lateat, neqꝫ intelligē=
tia ſpiritus, ſed euangelij ſenſum aſſequamur.
Atque imprimis hoc ſaluatoris dictum apud

Matthæũ (Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti tribus Matthæus 12
diebus & tribus noctibus: ſic erit filius homi-
nis in corde terræ tribus diebus & tribus nocti
bus) videtur nõ de mora eius in ſepulchro in-
telligendum: ſed de exiſtẽtia eius apud inferos.
nam cetus: non ſepulchrum, ſed infernum de-
ſignabat. ſic enim in Iona legitur. De ventre Ionas 2
inferi clamaui: & exaudiſti vocem meã. Neq;
igitur cor terræ ſepulchrũ: ſed infernum deſi-
gnat. Sed quomodo, præſentia: CHRISTVS tri
bus diebus & tribus noctibus fuit in inferno?
Qui tres illi dies: & quæ tres illæ noctes?
21 ¶ Hic fortaſſe quiſpiam exiſtimet: illas noctes
fuiſſe noctem paraſceues, noctem ſabbati, no-
ctem dominicæ. Et in nocte paſſionis quæ eſt
nox paraſceues, dominum præueniſſe inferos:
& appræhenſione, præſentem illic adfuiſſe,
quod & nonnulli teſtati ſunt, & id Euangeli-
ſtam ex pœnis quas tũc ipſe dominus patieba-
tur, innuiſſe. Nam & ipſe ex Matthæo: illa Matthæus 26
nocte cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Et ex
Marco: pauere & tædere. Et ex vtroq;: dicere Marcus 14
apoſtolis ſuis, Triſtis eſt anima mea vſq; ad
mortem. Et ex Luca: Factus in agonia, proli- Lucas 22
xius orabat. & factus eſt ſudor eius: ſicut gut
tæ ſanguinis decurrentis in terram. De quo:
& hæc pſalmorum impleta videntur. Super Pſalmus 87
me confirmatus eſt furor tuus: & omnes flu- 114

• ctus tuos induxisti super me. In me transie-
• runt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt
• me. Circundederunt me sicut aqua tota die:
• circũdederunt me simul. Circũdederũt me do-
• lores mortis: & pericula inferni inuenerunt
• me. Et tam acerbæ & importabiles erant pœnæ illæ quas dominus secundũ animam in horto patiebatur, quo Adæ peccato qui in horto peccauerat, & peccatis posteritatis eius, alioqui pœnas inferorum perpetuo passuræ, satisfaceret: vt ex compassione patris, qui eum non corpore tantum, sed etiam animo, & acerbissime quidem pro nobis miseris reparandis sic pati voluit, factum sit vt descenderit angelus e cœlo (teste Luca) qui in tantis tamq; intolerabilibus cuiq; mortalium pœnis, confortaret eum. Quod in pœnis corporalibus crucis perferendis: factum non legitur. quæ etiã tantæ esse nequeunt, quãuis omniũ maximæ sint: quantæ quæ animæ. Et proinde cum dominus apud Matthæũ, Marcũ, & Lucã, orat patrem misericordiarum, si possibile est transferri a se calicem illũ: nõ tam eũ, calicẽ illum passionis quẽ in cruce secũdum corpus portaturus erat, q̃ illum quẽ in horto secundũ animã iam portabat deprecatum fuisse, omnes pœnas debitas peccatis innumerabilibus omnium miserorum tam in hoc mundo q̃ in inferno, lustran-

tem, et omnibus sua iam pœna secundū animā satisfacere incipientē, qui in cruce haud ita multo post, sua passione & morte secundū corpus iuxta sanctum verbum suum: omnia erat consummaturus. vt sic mirabili dei dispēsatione & inscrutabili in nos pietate: totus (alioqui infelicissimus) homo, pœnis illis totius humanitatis tam corporis q̃ animæ IHESV, felicissimus, & in corpore & in anima, ad felicia regna volaret, quæ per Adam prius perdiderat. De quibus CHRISTI IHESV acerbissimis et omnium aliorū mortaliū incōparabilibus pœnis, adeo vt eas propheta in spiritu, pœnis inferni cōparet: lege si cordi est Cusam, & alios, quibus in spiritu contēplando datū est magis nosse, q̃ humana cogitatione attigere. Illa itaq; nocte parasceues: hac sententia, CHRISTVS dominus cœpit esse in corde terræ. & etiā nocte sabbati & nocte dominicæ, quibus quidē duabus noctibus sacrum corpus eius iacuit in sepulchro: in corde terræ fuit. anima quidē inferorū spoliatrice: re ipsa sua præsentia in inferno existente. Hæ igitur tres sunt noctes, quibus ipse mundi redemptor fuit in corde terræ: nox parasceues, nox sabbati, nox dominicę. Sed si dies quæris: hi sunt. dies parasceues: in cuius hora nona dominus expirauit. dies sabbati: qua iacuit in sepulchro. & dies dominica: in cuius

diluculo surrexit. diluculum autem: diei (vt dictũ est) annumerari solet. Immo: per vespere & mane, dies & nox, sacrorum eloquiorum consuetudine insinuantur. & eo nimirum dignius: quo dominus omnium maluit, vespere sua morte & sepultura honorare, & mane sua gloriosissima resurrectione, q̃ alia diei tẽpora.
¶ Ex quo fit iterum: vt dominus non noctu, 22
sed interdiu surrexerit. alioqui: tres dies non inuenias. Quod etiam & figura Ionæ mõstrat: si quis eam forte spiritualiter examinauerit. Nam vbi euomuit eum piscis, quod designat CHRISTI reditum ab inferis: factum est ver
Ionas bum domini ad Ionam secundo, dicens. Sur
3 ge: & vade in Niniuẽ ciuitatem magnã. Quod dicit, Surge: resurrectionẽ CHRISTI declarat. quod præcipit ambulare: mõstrat fuisse diem. nam pręcipere id noctu fieri: minus consentaneum videtur. At Niniue ciuitas magna: mũdum istũ designat, in quẽ rediuiuus ex inferis CHRISTVS introijt, õnes sancta prædicatione & pœnitẽtia ad se vocans in salutẽ. ¶ Verũta 23
men si quis iure admiretur illam incõpræhensibilẽ summi patris in nos clementiam, qui proprio filio nõ pepercit, sed illum, tam secũdum corpus quam secũdum animam tantas tamq; acerbas pati pœnas pro nobis redimendis voluit, durum tamen illi videatur tribuere, domi

num nostrum illa nocte parasceues quando in horto patrem orabat, fuisse in corde terræ: non impendio contenderim aut cõtradixerim. Nã forte vicinius, huius rei sacramentũ: ex ipsa figura Ionæ depræhendetur. Siquidẽ prius oritur tempestas, cœlũ turbatur, quatiunt procellæ, dormit Ionas in interioribus nauis ligneę: q̃ descendat in ventrem ceti. & tribus diebus & tribus noctibus: in ventre ceti cõtinetur. Si igitur tempestas illa: maximam illam, passionis tempore commotionem mõstrat. turbatio cœli: tenebras, & solis obscurationẽ. sęuitia quatientium procellarum: terræ motum, & lapidũ scissionẽ. dormitio profunda Ionæ in interioribus ligneę nauis: domini mortem in ligno crucis. descensio in cetum: descensionem domini ad inferos. & mora illa Ionæ post somnum, in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus: illã CHRISTI a morte sua in corde terræ (claustris inferorũ per eum reseratis) moram trium dierũ & triũ noctiũ. si illa inquã hæc monstrant: ex ea certe figura, CHRISTVS dominus a morte sua tribus diebus et tribus noctibus fuit in corde terræ.
14 ¶ Sed hic obrepit non minima difficultas: quinam sint tres illi dies, & quænã tres illæ noctes, ab omnisaluificę mortis domini tẽpore? ¶ Id nequaq̃ nos latere par est: domino moriente, tenebras adhuc fuisse, & etiam tunc

maximas,vtpote ſole obſcurato. id quod: ſan-
Lucas 23 ctus Euāgeliſta Lucas prodit,dicens. Erat au-
tē fere hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt in vni-
uerſam terram vſq; in horam nonam.& obſcu
ratus eſt ſol: & velū templi ſciſſum eſt in me-
dium.& clamans voce magna: IHESVS ait.
Pater: in manus tuas commendo ſpiritū meū.
& hæc dicens: expirauit. Ecce ante nonam, ab
hora ſexta tenebrę erāt: ſed hora nona obſcu-
ratus eſt ſol,& velū templi ſciſſum. & hoc fuit:
ipſo vitæ mortiſq; domino expirante. Verum
eo iam mortuo & infernum iam tenēte: reſum-
pſit ſol ſplendorem ſuum.vt Iona in ventre ceti
iam exiſtente: repurgatum eſt cœlum, & tem-
peſtas ſedata. Ergo prima nox, qua CHRI-
STVS triplicis machinę dominus fuit in cor-
de terræ,in myſterio intelligēda eſt: ſcilicet hę
tenebræ,& hæc ſolis obſcuratio in morte eius,
in paraſceue. ſecunda eſt : nox magni ſabbati.
tertia: nox dominicę. Prima dies:dies paraſce-
ues qui etiam ab ea parte horæ nonæ qua pro
animarū ſolutione apud inferos fuit, cœpit ad
noctem vſq; illucere. ſecunda:dies ſabbati.ter-
tia: dies dominica, quæ a diluculo cœpit. Hi
igitur : ſunt tres illi dies.& iſtæ : tres illæ no-
Matthæus 27 ctes. Cæterum vt Matthæus inſinuaret,domi-
num,tenebris adhuc exiſtētibus, expiraſſe: di-
xit IHESVM circa horam nonam voce magna:

clamasse, & ipso spiritum emittēte velum templi scissum esse, & terram motam. Atq; tūc ex eodem: Cēturio visis signis quæ in morte eius facta sunt, confessus est fuisse filium dei. Et ex Luca. Omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quę fiebant: percutientes pectora sua, reuertebantur. Fit igitur recte, vt triduum illud existentię CHRISTI in corde terrę, & triduū resurrectionis: a morte domini, cōsimiliter sumendum sit. Et quāq̄ sepulturæ eius etiam triduum computari potest (nam in parasceue sepultus est: sabbato toto iacuit in sepulchro, & dominica mane surrexit) nō tamen ęque vt tres dies, ita tres noctes, sepulturæ tribui possunt. Nam sepultus est in parasceue repurgato cœlo: & citra noctis magni sabbati initium. Quare sepulturæ tres noctes tribuere nō possis: quāuis tres dies possis. Cęterum quia domino moriente hora nona, & eadem domino inferos tenente, nox illa supra naturā inducta, statim desijt, & dies restitutus illuxit, vt & Iona in ventre ceti suscepto, ilico cessauit tempestas, et reddita est cœli serenitas: ideo non vsqueadeo prompte ex Euangelistis, huius rei depræhenditur mysterium, nisi quis spiritus sequatur intelligentiam. Quæ etiā: nōnullos sanctorum minime latuit. Nam & sanctus Leo, in quodā sermone de passione domi-

Lucas 23

ni: sic illam aperuit. Emittente (inquit) spiritum CHRISTO: omnia elementa tremuerunt. densis tenebris splẽdor solis obductus: extraordinariæ nocti subdidit diẽ. Ecce quomodo spiritum emittente domino, noctem vocat: sed extraordinariam. Sed & noctem a maioribus nũcupatã esse: testatur in Chronico Eusebius, inquiẽs. Scripsit vero super his & Phlegon: q olympiadarum egregius supputator est, in decimoquarto libro ita dicens. Quarto autẽ anno cẽtesimæ secũdæ olympiadis: magna et excellens inter omnes quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta. Dies, hora sexta, ita in tenebrosam noctem versus est: vt stellæ in cœlo visæ sint, terræq; motus in Bithynia, Nicenæ vrbis multas ædes subuerterit. En manifeste noctem vocat, & tenebrosam noctem. Et q dicit hora sexta: initiũ notat illius noctis, quæ non prius desijt q̃ dominus expirasset, anima repẽte in lacu inferorum recepta. ❡ Vnde fit: vt duplex nox, parasceue tribuatur. vna, ordinaria: in qua dominus orat & capitur. altera, extraordinaria: in qua emittit spiritũ, & claustra inferorum subit, inferos spoliaturus. Hæc: supra naturam. illa: secundum naturam. De hac: prophetatum erat. Occumbet sol in meridie & contenebrabitur super terrã in die, lux. De illa vero: dicit dominus. Omnes vos scan-

Leo. Eusebius. Phlegon. Amos 8. Matthæus 26.

dalum patiemini in me in ista nocte. scriptum est enim. Percutiam pastorem: & dispergentur oues gregis. Et subdit Leo. Stabilitatem suam: terra profundis concussionibus labefacta, non tenuit. & petrarum firmitas: cõfracta solidita- te, dissiluit. velum templi, quo priorum myste- ria vlterius non erant obumbranda: discissum est. Et Ambrosius super id Lucæ, Clamauit IHESVS voce magna, & tradidit spiritum. Sol (inquit) occidit sacrilegis, vel refugit: vt fu nesti spectaculum sceleris obumbraret. Vides igitur quo pacto, dominum a tempore passio- nis ac mortis suę, tribus diebus et tribus nocti bus in cordæ terræ fuisse: tam ex figura, q̃ ex Euangelistis, & sacris auctoribus intelligere possis. ¶Nec hic moueat quemq̃: ꝙ Augusti- nus illã mysticã noctẽ, illamq; identidẽ mysti cam diem a maioribus spiritualiter, mea quidẽ sentẽtia, posteritati insinuatã, reijcere libro ter- tio de cõsensu Euangelistarum videatur. Nam id nulla ratione fulsit: sed id duntaxat ob Ty- chonium facere videtur, qui hoc mysterium ie- iune, & non satis dilucide ex figura & prophe- tia, illi aperire visus est. Q; si illud ex figura prophetiaq; depræhendisset doctor ille cele- bratissimus: nunq̃ dubio procul, inficiatus fuis- set. Quid enim ad arcanam Euangelij de figu- ra Ionę, ad quam dominus nos relegat, intelli-

Leo

Ambrosius

16 Augustin9

gentiam: accõmodatius afferre potuiſſet? Inſu-
per: & ad Euangeliſtarum concordiã? ¶ Præ-
terea & ex his promptum erit intelligere: quo
pacto accipienda erunt, quæ aliquando vario
modo, ſed nulla diſſonantia, nulla pugnãte in-
telligentia, verum ſpiritu ſemper conſono, ab
Euangeliſtis adducuntur. ¶ Id tamen vnum 27
forte turbabit, quod capite octauo Marcus ait,
Marcus 8 Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium
hominis multa pati, & reprobari a ſenioribus
& ſummis ſacerdotibus & ſcribis, & occidi, &
poſt tres dies reſurgere: quomodo intelligendũ
ſit. Nam ſi oportebat filium hominis occidi, &
poſt tres dies reſurgere: quomodo igitur tertia
die reſurrexit? Item quomodo id verum erit:
quod Matthæus, Lucas, Ioãnes, immo & ipſe
Marcus dicit, Mane prima ſabbati mulieres
inueniſſe dominum ſurrexiſſe? Nec eſt quod
dicas, Euangeliſtas non dicere prima ſabbati,
ſed vna ſabbatorũ. nam in computatione die-
rum apud Græcos & Hebræos: vna numera-
le eſt, perinde valens ac prima. Sic enim dicũt:
vna dies, ſecunda dies, tertia dies, quarta dies,
et deincipes ad ſeptimam vſq;, quod ſabbatum
Geneſis 1 vocant, vt in Geneſi de prima die dicitur, Fa-
ctũ eſt veſpere & mane, dies vnus. Deinde de
ſecunda, Factum eſt veſpere & mane, dies ſecũ
dus. & ita de reliquis. Sic & in cõputatione ho

rarum: ferme passim vsus obtinuit. At ꝙ vocabant aliquot dies sequentes magnum sabbatum, etiã sabbata, id est quietes: hoc ideo erat, quia ob magnã celebritatem paschæ, sex diebus sequentibus, ab omni opere sedentario feriabantur, soli celebritati intendẽtes. quemadmodũ in Exodi cap. duodecimo: scriptũ est. Septẽ diebus: azyma comedetis. in die primo: non erit fermẽtum in domibus vestris. quicũq; comederit fermentum: peribit anima illa de Israel, a primo die vsq; ad diem septimum. Prima dies: erit sancta ac solẽnis. & dies septima: eadẽ festiuitate venerabilis. nihil operis facietis in eis: exceptis ijs quæ ad vescendum pertinent. & obseruabitis azyma. Ecce, cur dies illi sequentes magnum paschæ sabbatum, sabbata dicebantur: & cur Euangelistæ scribũt vna sabbatorum, pro prima die sex dierum magnum sabbatum sequentium. Non igitur fieri potest: vt dominus mortuus fuerit in parasceue magni sabbati & prima die sabbatorum sequentium surrexerit, & post tres dies surrexerit. nã si post tres dies: ergo non prima, sed secũda sabbatorum surrexisset. siquidem parasceue magni sabbati: prima dies fuisset. secunda: magnum sabbatum. tertia: prima sabbatorum, post quã surrexisset dominus. ergo secunda sabbatorum. quod: & articulo fidei, & omnibus aduersatur

Exodus 12

euangelijs. ¶ Ingenue fatemur id, fidei, euangelijs, & omnino veritati aduersari: dominum videlicet non tertia die, sed post tertium diem a passione sua surrexisse. Atq; id Marcũ, nec intellexisse, nec voluisse: sed ex vetusto interprete hunc nobis relictum errorem, ob homonymiam huius præpositionis græcæ μετὰ, quæ non simpliciter significat post, sed multa insuper alia, auctore Apollonio apud Græcos rei literariæ peritissimo. Nam ibi, μετὰ χεῖρασ εἶχεν ἀεὶ, οὔτε μεθ᾽ ἡμέραν κατατιθέμενοσ, καὶ νύκτωρ ὑπὸ τὴν κεφαλὴν ὑποτιθέμενοσ, prępositio μετὰ, ἐν καὶ διὰ, id est in et per, significat. ἐν quidem: ibi, μετὰ χεῖρασ. quid enim aliud est μετὰ χεῖρασ: quam ἐν χερσὶν, id est in manibus? διὰ vero: illic, μεθ᾽ ἡμέραν, quod idem pollet atq; δι᾽ ἡμέρασ, id est per diẽ siue interdiu. nã a prępositione μετὰ, cũ in hoc significatu capitur: aduerbiũ μεταξὺ deriuari solet. vnde liquido cõstat: μετὰ τρεῖσ ἡμέρασ idẽ significare quod μεταξὺ τριῶν ἡμερῶν. id quod sine cõtrouersia intra treis dies interpretari debet. 28

Harum autem præpositionum altera, scilicet διὰ, Matthæus cap. vigesimo sexto vsus est, cũ inquit, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. & Marcus cap. decimo quarto similiter. καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. Altera vero, scilicet ἐν, etiã Mat-

thęus cap.27.vbi ait.καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν.& Ioãnes cap.ſecũdo,λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον,καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.Cũ igitur μετὰ ſignificet ἐν καὶ διὰ, in & per,quibus,vt iã oſtẽdimus,alij Euãgeliſtæ,imo & ipſe Marcus alibi,in re conſimili vtuntur : vetus interpres eo in loco vbi Marcus capite octauo græce habet, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι, vertere debuit,in tribus diebus, ſiue per tres dies reſurgere,& non poſt tres dies reſurgere.ſic enim Marcus:nulla,neq; ab alijs Euangeliſtis, neq; ab ſe alijs in locis,apparuiſſet vſus diſſonantia. nam ſi vetus interpres vertiſſet, Quoniam oportebat filiũ hominis occidi, et in tribus diebus reſurgere: id, cõſpiraſſet cũ verbis Ioãnis quibus habet, Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.Si vero, Et per tres dies reſurgere: cũ hoc Matthęi, Et per tres dies ędificare illud, & cũ verbis ipſius Marci cap.14. vt in epilogo declarabitur. atq; tunc: fuiſſet concordia euangelici ſpiritus. Verum is interpres, vulgatã huius præpoſitionis μετὰ cepit ſignificationẽ,quæ reuera facit diſſonãtiam: quaſi nullam aliam habuiſſet ad cõ
29 cordiam. ℂ Et ꝙ legendo dominum dixiſſe, oportere ſe occidi,& poſt tres dies reſurgere,is ſenſus diſcordet ab Euãgeliſtis in his ipſis locis qui huic loco reſpondẽt : perfacile eſt noſſe.

Matthæus Nã Matthæus habet. Exinde cœpit IHESVS
16 oſtendere diſcipulis:quia oporteret eũ ire Hie-
roſolymã, & multa pati a ſenioribus & ſcribis
& principibus ſacerdotũ,& occidi,& tertia die
Lucas reſurgere. Et Lucas. At ille increpãs illos,prę-
9 cepit: ne cui dicerent hoc,dicens: quia oportet
filiũ hominis multa pati, & reprobari a ſenio-
ribus & principibus ſacerdotum & ſcribis, &
occidi,& tertia die reſurgere. Et ꝙ ſit idem re-
ſpondenſve locus,conſtat: quia tam apud Mat
thæum,quã Marcum,& Lucam,hic ſermo ſe-
quitur interrogationem domini de filio homi-
nis,quem eſſe dicerent. Et conſequentia: etiam
conueniunt. Atqui pugnãt: tertia die reſurget,
& poſt tres dies reſurget,ſemper (Euangeliſta
rum more) initio a die paſſionis domini ſum-
pto, niſi bis reſurrexiſſet. ſicuti pugnant,tertia
die ad te veniam, & poſt tres dies ad te veniã:
niſi bina profectione,vna,tertia die,& altera,
quarta aut alia ſequenti,ad te proficiſcar. Et ꝙ
in eo ſenſu quo dicitur dominũ poſt tres dies
reſurgere,Marcus ſibiipſi diſſideret: ſtatim ex-
ploratum eſt. quandoquidem in ſequenti cap.
Marcus inducit dominũ dicẽtem diſcipulis ſuis. Quo-
9 niam filius hominis tradetur in manus homi-
10 num, & occident eum: & occiſus tertia die re-
ſurget. Et cap. decimo. Ecce aſcẽdimus Hiero-
ſolymam,& filius hominis tradetur principi-

bus ſacerdotum & ſcribis & ſenioribus, & dãnabunt eum morte, et tradent eum gentibus, et illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die reſurget. Si pugnant igitur, poſt tres dies reſurget, et tertia die reſurget: certe ipſe Marcus ſi ita ſcriberet, pugnantia ſcriberet. immo & induceret dominum: pugnantia aduerſantiaꝗ loquentem. quod nequaq̃ ſentiendum eſt. Ergo prius non legendum eſt in Marco, oportere filium hominis multa pati, & reprobari, & occidi, & poſt tres dies reſurgere: ſed in tribus diebus reſurgere, ſiue per tres dies reſurgere. ¶Sed erunt fortaſſe qui defendere volent dominum tertia die reſurrexiſſe, & poſt tres dies: quaſi hi ſermones non compugnent, & perinde ſit poſt tres dies, ac poſt tertium diem exortum. At id parum videtur. Nam ſi dominus in aurora ſurrexit aut diluculo, vt dictum eſt: non poſt diem exortũ ſurrexit. quãdoquidẽ aurora nõ eſt poſt exortum diei: ſed aut ante exortum, aut in ipſo exortu, niſi ipſam: exortũ ipſum dicere malis. At dicent. volumus poſt diem exortum: poſt diem incœptũ, poſt initium diei, intelligi. Verum quis recipiet: veniam ad te poſt diem dominicum, ſignificare veniam ad te die dominico mane, veniã ad te in principio diei dominicæ? Attamen idem fuerit: ſi liceat interpreta-

rí veniam ad te poſt diem domínicũ,poſt diem domínicum exortum ſiue incœptũ. Quod ſane: contra vſum loquendi eſt, immo & contra vſum ſcripturarũ. Nam cũ ín Leuítico de hoſtia pacifica dícitur(Sí quis poſt bíduum come

Leuiticus 19

derít ex ea:prophanus erít,& ímpietatís reus) ſi ídem ſit poſt bíduũ quod poſt bíduũ exortũ aut íncœptũ : quí ſecũdo díe comederít hoſtiã pacíficam, prophanus erít, & ímpíetatís reùs. At ex ſermone díuíno quí íbídẽ habetur: non erít prophanus.licet enim:ſecũdo díe hoſtiam pacíficam comedere. Eo díe(inquít)quo fuerít ímmolata comedetís eam,& díe altero.Híc igitur exponendí modus: locum nõ aperít, ſed ínuoluít potíus. Quod autem de μετὰ & μεταξὺ ſupra dictum eſt: controuerſiam nullam relínquit.¶Addubítabís forſítan adhuc: vbínam Matthæus ſcrípſerít,& per tres díes ædíficare íllud, ſiue per tríduum quod ídem eſt.

Matthæus 26

Reſpondebimus cap. 26. vbí ſic habet. οὗτος ἔφη, δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. hoc eſt. híc díxít : poſſum deſtruere tẽplum deí, & per tres díes ædíficare íllud. Corrupte tamen noſtrí codíces habẽt : poſt tríduum, loco huius per tríduũ, διὰ τριῶν ἡμερῶν. nam διὰ: per, & nullomodo poſt, ſignificat. Et cenſeo vbícũq; de paſſione domíní ſit ſermo,& ínuenitur poſt

tres dies,aut post triduũ:legẽdũ esse p tres dies, siue per triduũ,aut in tribus diebus, siue in triduo. ne homonymia vocabuli μετὰ: post hac
32 queq̃ fallat. ¶Sed dices. Vbi saltẽ falsi testes inducũtur:tribuẽdũ erit,ipsos dixisse post triduũ, aut post tres dies.vt ibi. Possum destruere tẽplũ dei:& post triduũ reędificare illud. ¶Verũ neq; hic legendũ,post triduũ:sed vt dictũ est per triduũ,siue in triduo,vt etiã ex ipso Matthæo cognoscitur,ex verbis ipsorũ Iudęorũ dũ pręteribãt blasphemantiũ atq; dicentiũ. Vah qui destruis tẽplũ dei,et ĩ triduo illud reędificas. Neq; oportet eos criminis falsitatis argui q̃ dixerint post triduũ,aut post tres dies:sed ex multis alijs sunt arguendi.vt dilucidius apparebit: si de hac materia,nonnullis ad intelligentiã græcam sub asterisco reductis, Euangelistarum dicta, quasi per epilogum adcitemus, vt promptius pateat omnium concordia,a Matthæo exorsi.

Matthæus 26

Matthæus 27

33 ¶MATTHAEVS. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus : sic erit filius hominis in corde terræ,tribus diebus & tribus noctibus . Hoc : de triduo & trinoctio domini apud inferos. ¶ Item. Exinde cœpit IHESVS ostendere discipulis suis : quia oportet eum ire Hierosolymã,et multa pati a senioribus et scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Hoc: de triduo a passione, id

Matthæus 12 d
16 c
20 c
26 f
27 e
28 a

est morte domini. ¶ Itē. Et ascēdens IHESVS Hierosolymā: assumpsit duodecim discipulos secreto, et ait illis. Ecce, ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condēnabunt eum morte. & tradent eum gentibus ad illudendū, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. Hoc: de triduo a passione domini. ¶ Item. Nouissime autem venerūt duo falsi testes: & dixerunt. Hic dixit: possum destruere tēplū dei et * per triduū ędificare illud. Διὰ τριῶν ἡμερῶν ὀικοδομῆσαι ἀυτόν. Hoc: de triduo a passione domini. Neq; falsi testes erāt in hoc ꝙ dicebāt per triduū siue in triduo: sed in hoc ꝙ dicebāt dominū dixisse, Possum destruere templū dei. qa nō hoc dixerat: sed, Soluite tēplū hoc. Neq; dixerat ædificabo, sed excitabo. Et intelligētia eorum: erat mēdax: nā de tēplo materiali: quod erat Hierosolymis. CHRISTVS autem: de suo corpore, assumptaq; humanitate, dixerat. ¶ Itē Prætereuntes autē blasphemabant eū: mouentes capita sua, et dicentes. Vah qui destruis templum dei: & * in triduo ædificas. ἐν τρισὶν ἡμέραισ ὀικοδομῶν. Hoc: ex duorum falsorū testium dictis, a prætereuntibus assumptum: qui & mēdaciis eorundē addūt ex indignatione furētis animi ironiam. ¶ Item. * Tarde autē ea sabbatorum, quæ lucescit in vnam sabbatorū: ve-

nit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrū. ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰσ μίαν σαββάτων. Hoc: de prima celebri sex dierum magnum sabbatum sequentium.

MARCVS. Et cœpit docere eos: quoniam opor- Marcus
tet filiū hominis pati multa, et reprobari a senio 8 d
ribus, & a summis sacerdotibus, & scribis, & oc 9 e
* cidi, & * in tribus diebus resurgere. καὶ μετὰ 10 e
τρεῖσ ἡμέρασ. Hoc: de triduo a passione. Mon- 14 f
stratū iā est: μετὰ significare cū accusatiuo non 16 a
solū post, sed etiā ἐν καὶ διὰ, id est in et p. Qua- 16 e
re hoc in loco, ne esset scripturarū dissonātia: nō post, sed in aut per, fuerat vertendū. ¶ Itē. Docebat autē discipulos suos, & dicebat illis: quoniā filius hominis tradetur in manus hominū, & occidēt eū. et occisus: tertia die resurget. Hoc: de triduo a passione. ¶ Itē. Ecce ascēdimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotū, & senioribus, & damnabūt eum morte. & tradent eum gentibus: & illudēt ei, & conspuent eū, & flagellabunt eum. & interficiēt eum: & tertia die resurget. Hoc: de eodē triduo. ¶ Item. Et quidam surgētes: falsum testimoniū ferebant aduersus eum, dicentes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem: ego dissoluam tem-
* plum hoc manufactum, & * per triduū, aliud non manufactum ędificabo. διὰ τριῶν ἡμερῶν. Hoc: de triduo a passione. Et aduerte, φ διὰ

τριῶν ἡμερῶν, signat per triduū, & nō, post triduū: quod perinde est ac in triduo. vt ãplius intelligas: Marcū prius accepisse μετὰ, pro διὰ siue ἐν. & iustius quidē: q̃ vetus interpres sumere possit διὰ, pro post. Hoc autē mendacij habet isti falsi testes: quod & illi qui in Matthæo. sed adaugēt expressius: in hoc ꝙ addunt tēplū χειροποίητον, καὶ ἀχειροποίητον, id est manufactū & non manufactum. & dicunt dissoluam. quod amplius est: q̃ possum dissoluere. Et hoc ipsum improperabant transeuntes: dicendo. Vah qui destruis templum dei. ❡Item. Et cum trāsisset sabbatum: Maria Magdalene, et Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt veniētes vngerent IHESVM. & valde mane vna sabbatorū veniunt ad monumētum: orto iam sole. Hoc: de prima sex celebrium dierum post magnum sabbatū, quod & absolute sabbatum dicitur. ❡Itē. Surgēs IHESVS mane prima sabbati: apparuit primo Marię Magdalenę, ei de qua eiecerat septem dęmonia. ἀναστὰς δὲ πρωὶ πρώτη σαββάτου, ἐφάνη πρῶτον μαρίᾳ τῇ μαγδαληνῇ ἀφ᾽ ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. Hoc: de eadem prima die, post magnū sabbatum. Et aduerte ꝙ ait, τῇ μαγδαληνῇ ἀφ᾽ ἧς, καὶ τὰ λοιπά, quasi illo articulo τῇ, innuens differentiā ab altera Magdalena, de qua nō eiecerat septē dęmonia. LVCAS. At ille increpans illos: præcepit ne cui

dicerent hoc.dicens: quia oportet filium homi- Lucas
nis multa pati,& reprobari a senioribus,et prin 9 c
cipibus sacerdotum & scribis,& occidi,& tertia 18 f, 24 a
die resurgere. Hoc: de triduo a passione. ¶Itē. 24 d
Ecce ascendimus Hierosolymam: & cōsumma
buntur omnia quæ scripta sunt per prophetas
de filio hominis. tradetur enim gētibus:& illu-
detur,et flagellabitur,& cōspuetur.et postq̄ fla-
gellauerint,occident eum: & die tertia resurget.
Hoc: de triduo a passione. ¶Item. Vna autem
* sabbatorū : valde diluculo venerūt ad monu-
mētum,portātes q̄ parauerāt aromata. & inue-
nerūt lapidē reuolutū a monumēto: & ingressę
nō inuenerūt corpus IHESV. τῆ δὲ μίᾳ τῶν σαβ-
βάτων. Hoc: de prima sex solenniū dierū post
magnū sabbatum. Aduerte ꝙ venerunt valde
diluculo: sed vt Marcus ait,orto iā sole. Et val-
de nimirum diluculo venerūt: si hora duodeci-
ma noctis venerunt,cum sol primū ex more ex-
oriri soleret hora prima diei. Quid si etiam illa
sancta nocte,ob resurrectionis gloriā: citra vn-
decimā exortus fuerit? ¶Item. Nos autē spera
bamus:quia ipse esset redēpturus Israel.& nūc
super hæc oia,tertia dies est hodie:ꝙ hæc facta
sunt. Hoc: de tertia die a passione & morte dñi.
IOANNES. Soluite templū hoc: & in tribus Ioannes
diebus excitabo illud. Hoc: de triduo a morte 2 d
domini. ¶Item. Vna autem * sabbatorū, Ma- 20 a

ria Magdalene venit mane cũ adhuc tenebræ essent ad sepulchrũ. τῆ δὲ μίᾳ τῶν σαββάτων. Hoc: de prima die sex solenniũ dierũ post magnũ sabbatũ. ¶ Ex his patet o Magnifice Frãcisce, concordia Euãgelistarum: siue de sanctis mulieribus gloriosam domini resurrectionẽ nũciantibus, siue de triduo a passione, & de tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ, sermo agitetur. Q̃ꝫ si qua his de rebus differendo, nos fugerit veritas: liberum sit cuiqꝫ adijcere. aut si quid erratũ: erigere, modo omnia beneuole (sicuti & nos) agat, scilicet vt euangelicum lumen quod dignitate omnem scientiam præcellit, omnemqꝫ aliam cognitionem, felicius cunctis illuceat. neqꝫ enĩ: sine cõcordia illucere potest. Ob id autem, opusculũ hoc disceptationẽ nuncupaui: vt omnes plane intelligant, me nihil asserere velle, nisi quod sãcta recipit ecclesia, & sacra credere cõpellit auctoritas. Neqꝫ hæc in cuiusquã odium, aut animo incessendi carpẽdive scripsi: sed solo veritatis amore, tibiqꝫ morẽ gerendi studio. Quapropter lectores oratos velim: boni cõsulant. neqꝫ ægro ferant animo: ꝙ nonnunq̃ in hac disceptatione, aliquorũ insigniũ ecclesię scriptorum sentẽtijs aduersatus sim: quos etiã inter eos qui scripserũt, sũma veneratione prosequor, & vt vere sanctos habeo, amplector, obseruo. Quod certe, nec ambitiose feci, nec omnino spõ

PER O RA TI O

34

te. nã vt vehemẽs ſpiritus & procella, frequẽter nauẽ quolibet, non quo nautæ volunt, impellit: ita fortis ratio et euangelij auctoritas, cui omnis alia cedit, me ad hoc adegit, vt nõ vbiq; cum eis ſentire potuerim, quod alioqui feciſſem perlibẽter. hoc tamẽ non neſciebã, euangeliũ euangelijq; veritatẽ, conſpirationẽ, concordiã: ſibi præponi nemini iure moleſtũ fore, etiam ſi ſanctus ſublimi choro ſpectãdus fuerit. Præterea neminem eſſe, modo ſano fuerit iudicio, beneuolaq; mente: qui eũ in aliquo cõtrauenire putet eccleſiæ, qui euangeliũ ſequatur. Quod et ipſi, quãtũ dominus largiri dignatus eſt: facere ſtuduimus. Q; ſi quis alius maiorẽ his afferat lucẽ, apertioreq; euangeliorũ concordiã: illi congratulabimur. Nam omnia domini dicta ſic vera eſſe ſentio: vt citius cœlũ & terra tranſeant, q̃ ea vel in minimo a veritate decidere queãt. Pro munerũ ergo ſuorũ elargitione gratias ago: veniã tamen petẽs, q; ijs ipſis nõ ſatis pro dignitate ſim vſus. gratias inquã illi q vere pro nobis mortuus eſt, vere deſcẽdit ad inferos, nõ paſſurus, ſed regna tartarea iuſte ſubacturus, perfracturus, ſpoliaturus. qui vere tertia die reſurrexit a mortuis; & vere nunciatus eſt a mulieribus, ſedetq; nunc in dextra patris. Cui cum æterno patre & ſpiritu ſancto: communis honor, par gloria, æqua poteſtas, per immẽſa ſeculorũ ſæcula. AMEN.

DE VNA EX TRIBVS MARIA.



OPeræprecium facturũ me duxi Magnifice Francisce: si secũdæ emissioni bipartiti libelli de Magdalena & Triduo CHRISTI, tuo clarissimo nomini nuncupati, tertiã partem adijcerem. vt & nouitate partis adiectæ, lectorem alliceret: & veritatis fauore, placeret simul & prodesset. Et quia prima pars ex vna triplicem esse differit, secunda treis ex tribus: par esse mihi visum est, vt hæc tertia pars, ex tribus vnam solam esse cõmonstret. Tũ ꝙ hæc materia satis præcedẽtibus affinis & cognata sit: tũ vt eos placẽ, quos forte ex triplici Maria offendi, quippe qui æquabilius ferent: cum viderint ex triplici vnam solam esse Mariã. Atqꝫ sic de ternario libellus: treis parteis continens, ad te absolutior ibit, ternario suo vndiqꝫ suffultus. Habebisqꝫ ex prima parte: ex vna treis. Ex secũda: ex tribus treis. Et ex tertia: ex tribus vnã. 1

¶Quid istuc (inquies) mi Faber? ęnigmata versas. Vis ne recãtare quod in prima parte monstrasti: nec vnam quam ponũt, treis re vera esse? Minime Magnifice Moline. Sed hactenus io- 2

eo. nunc ſerio tecum agendum eſt. Nequaquã maiores noſtri & ætate ſuperiores, a quibus, iuxta ſapientum placita, requirenda eſt veritas: ſed recentiores quidam, tres Annę parenti virginis deiparæ fuiſſe filias, aſſerunt. ego: vnam. Nec ſolum tres filias, quarum quãlibet nomine Mariã vocant: ſed etiam tres viros, Ioachim, Cléopham, & Salómen eidem tribuunt. ego: Ioachim vnicum. Quãq̃ ego primus auctor nõ ſum: vnicum Annæ matri fuiſſe virum. Iam enim vir quidam vitæ ſanctimonia cõmendandus, & magna adminiſtrationis auctoritate conſpiciendus: libellum ſuper ea re conſcriptũ, mihi oſtendit. Quẽ cũ legiſſem: acquieui facile vnicum Annæ fuiſſe virum. ſed cũ plures Annæ tribueret filias: diſſenſi. Atq; dum eidem venerãdo patri libellũ reſtituerẽ: adieci. Credo equidem id verum: beatiſſimam Annam auiam dei, ſolũ Ioachim habuiſſe virũ. ſed & inſuper: vnicã illi fuiſſe filiã, nomine MARIAM. Qui protinus dictis applaudens, & ſubiuncta per me confirmans: ſubdidit, illam ſuam eſſe ſententiam. Ac vterq; alterutri gratulati ſumus: ꝙ de re tam ſancta, in eandem veniſſemus ſentẽtiã. Id quod ego crediderim humaniſſime Franciſce: beneficio Mariæ ſororis Marthæ factum, vt quæ, ꝙ eam a præſentis ſęculi noſtri defẽderim iniuria, id mihi obtinue-

rit, vt diuam quoq; Annam, & deiparam eius filiam omnium reginam, omniumq; dominã, aduersus falsas emẽtitasq; calũnias defenderẽ.

¶ Principio igitur paucis ostendendum est, Annæ vnicum fuisse virum: cum iam diffusior super hac re confectus sit libellus pro Anna apologeticus. Ac primum quidem: Cleopham nunquã fuisse diuæ Annæ maritum. id quod ex maioribus nostris vel facile agnoscetur. Nã Cleophas, auctore Egesippo: pater fuit Simeonis, qui ãnis vndecim maior natu CHRISTO fuisse ex Chronico Eusebij depræhenditur. cuius etiam Simeonis mater: adhuc in passione domini viuebat. Qui igitur fieri potest: vt etiã defuncto Ioachim, Cleophas Annam duxerit vxorem, qui viuente Ioachim per plures forte annos vxorem duxerat, quę & adhuc cum liberis suis in passione domini viuebat? Nunquid lex permittebat: quẽquã propria viuente vxore alteram simul ducere? At nunc patefiat ex Egesippi testimonio, quod ab omnibus receptum est: Cleopham patrem fuisse Simeonis. Tertio Ecclesiasticæ historiæ libro: hæc Eusebius, Egesippi verba refert. Ex his igitur ipsis, accusauerunt quidam Simeonem Cleophæ filium: tanq̃ qui esset ex genere Dauid & Christianus. & ita martyr effectus est, cum esset annorum centum viginti: sub Traiano. Ecce: Si-

Margin notes: Egesippus; Eusebius; 3. Hist. ec. 31

meon, ex Egesippo, Cleophæ filius fuit. Cleophas itaq; pater eius. quod erat ostendēdum. Qđ autem Simeon annis vndecim maior natu CHRISTO fuerit: ex Chronico Eusebij facile dinoscitur. Nā decimo octauo Tiberij anno, passus est pro mundi vita, CHRISTVS dominus: qui tunc trium & triginta erat annorum, 18 aut certe trigesimūtertium ingressus. Cōtinua 33 109 igitur annos CHRISTI a decimooctauo Ti 120 berij vsq; ad decimum Traiani, in quo comple 11 tum est martyriū Simeonis: & inuenies annos CHRISTI nouem supra centum. at tunc Simeon: erat annorum centum & viginti. Et ita Egesippus (inquit Egesippus) martyr effectus est, cū esset annorum centū viginti: sub Traiano. Superabat igitur Simeon Cleophę filius, ætate CHRISTVM, annis vndecim: maiorq; natu annis vndecim erat CHRISTO. Sed qđ mater eius fuerit Maria Cleophæ: ex eodem Egesippo cognoscitur, qui subdit. Qđ autem Simeon vnus fuerit ex ipsis auditoribus domini: vel lōgæuitas eius indicio est, vel euangeliorū fides, vbi etiā mater eius Maria Cleophę refertur. Hæc Egesippus. Si igitur Cleophas pater Simeonis fuit, & Maria Cleophæ mater eius: recte colligitur Mariam Cleophæ, fuisse vxorem Cleophæ, & Cleopham virum eius. Ex quo cognoscere promptum est: q̄ absurde nonnulli

putauerint dictã Mariã Cleophæ a Cleopha
patre: cum is non pater, sed vir eius fuerit. non
enim potuit: simul pater esse, & maritus. Et ꝙ
Maria Cleophæ viueret in passione domini:
Ioannes 19 testis est Ioannes Euangelista. Stabant autem
(inquit) iuxta crucem IHESV: mater eius, &
soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria
Magdalene. Fieri igitur nullomodo potuit: vt
Cleophas habens adhuc in passione domini
vxorem viuentem, quæ filios habebat CHRI-
STO longe natu grãdiores, fuerit vnq̃ Annæ
maritus. ¶ At id de Salome impossibilius es- 4
se: demõstremus oportet. Salome: mulier est,
non vir, estq; Salome: propriũ nomẽ mulieris,
vt Helene, Penelope. quomodo ergo Annæ
maritus? Q; autem mulier sit: ex Marco co-
Marcus 16 gnoscitur sic habẽte. καὶ διαγενομένου τοῦ σαβ-
βάτου, μαρία ἡ μαγδαληνὴ, καὶ μαρία ἰακώβου,
καὶ σαλώμη, ἠγόρασαν ἀρώματα. id est. Et cum
transisset sabbatum, Maria Magdalene, Ma-
ria Iacobi, et Salome, emerũt aromata. vbi σα-
λώμη: fœmininum est, vt μαγδαληνή. Et ꝙ
Salome nomẽ mulieris sit, non viri: externum
etiã nõ aspernemur testẽ. nã & Iosephus: anti
13. Iosephus 16 quitatũ libro decimotertio sic habet. Defũcto
tamen Aristobolo: Salome vxor eius (quæ
apud Græcos: Alexandra nominatur) soluit
fratres eius quos Aristobolus tenuerat, vt pre-

dictum est. Et libro decimosexto. Siquidē Salome inimica filijs Mariānæ: Aristobolo filiā coniunctam nullatenus fidelem ei dimittebat. Item decimooctauo. Herodi maiori fuere ex Marianne filiæ duæ: ex quibus vna, id est Salome, nupta fuit Phaselo. Innumera eiusmodi apud Iosephum inuenias: in quibus cognoscas Salomen esse mulierem, & neutiq̄ virum. Sed quid in externo diutius immoramur? Christianos citemus auctores. Egesippus: libro primo de excidio Hierosolymitano. Et Salome cum purgare sese nequiret: ꝙ Sileo Arabi pepigisset nuptias. Nonne sola mulier est: quæ cum viro paciscitur nuptias? Quamq̄ hic & ille de alia Salome loquuntur: q̄ ea qua de disserimus. Et Origenes homilia trigesimaquinta super Matthæum, haud longe a calce: sic ait. Si autem oportet opinari & dicere etiam nomen matris filiorum Zebedæi: dico quoniam hæc ipsa fuerat Salome, pacifica appellata. Et rursus paulo infra. Apud Marcum autem tertia illa: Salome appellatur. Tertia illa: scilicet præcipuarum mulierum, quæ iuxta euangelium, CHRISTVM dominum a Galilæa sequebātur. Item Chrysostomus: super Matthæū homilia vigesimaoctaua, in ipso statim exordio. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Hæc est, inquit, Salome, cuius apud Euangelistam

16. Ioseph9 6

18. Ioseph9 10

1. Egesipp9 +

Origenes

Chrysostomus

alterum, ponitur nomen: vere pacifica, quæ filios genuit pacis. Quis item vnq̄: Salomen fuisse virum, apud probatum legit auctorē? Certe qui pertinaciter id defenderent: mihi persimiles esse viderentur (si modo hic parumper iocari liceat) studiosis illis Vergilianæ poeseos auditoribus, quorum vnus dicebat se diu in Vergilio versatum, sed adhuc nescire cuiusnā vxor Aeneas fuisset. alter vero se id desyderare: cuiusnā Dido fuisset vir. Nam vt ille quidē virū mulierem, iste vero mulierem virum fuisse ridicule opinabatur, ridiculus profecto vterq;: hūc in modū et qui tutarētur Salomen virū fuisse, sexum confunderent. Neq; est suffugiū petant: dicendo. tertius Annæ maritus: non Salome, sed Salomas, dicebatur, cū nusq̄ Salomas vir fuisse legatur, nisi forte in quodam officiolo Annæ: vbi habetur.

Nam Ioachim & Cleophas
Annæ nubunt & Salomas,
Subsequenti ordine.

At hic absone nimium: ex Salome muliere, vir Salomas factus est. perinde ac si ex Helene Helenas, aut ex Penelope Penelopas virile nomen effingatur. Sed quis, quæso, vnq̄ hæc portenta verborum aut legit aut audiuit? attamen Salomas: huius notæ est. Neque ex euangelio Salomas, vir coniectari potest: vbi habetur, μα

ρία ἡ μαγδαληνή, καὶ μαρία ἰακώβου, καὶ σαλώ
μη. id eſt. Maria Magdalene, et Maria Iacobi,
& Salome. Nam Salome: & nominandi caſus
eſt, & generis fœminini. Conſtat igitur manife
ſte: ſuppoſitos eſſe et falſo attributos Annę vi-
ros, Cleophã & Salomen, atq; multo ineptius
5 rẽ habere, ſi fingatur Salomas vir eius. ¶ Vni-
cus igitur Annæ vir fuit: ſanctus & vere ſan-
ctus virginis deiparæ pater, & dei auus, Ioa-
chim. nec fuit tam ſanctæ, tamq; deo dilectæ
virgini: vitricus vllus. Nã ꝙ Ioachim, vir An
nę fuerit: ab omnibus receptum eſt. Et qui poſt
Ioachim vel maxime illi tribui ſolent: mõſtra-
6 ti ſunt nõ fuiſſe viri eius. ¶ Adhæc Anna ve-
tula erat: vt & ipſi confitentur qui conſentiunt
tres ei fuiſſe viros. ſed & natura ſterilis erat: ex
hiſtoria eius, quã Matthæo auctori ſacer Hie-
ronymus aſcribit. vbi: ad Ioachim de miracu-
loſa et ſupra naturã natiuitate beatiſſimę virgi
nis, & diuina ex eadẽ virgine filij dei cõceptio-
ne, habita angeli verba referuntur hunc in mo-
dum. Itaq; ętate procedente: ſicut ipſa mirabi- Hiſtoria
liter ex ſterili naſcetur, ita incõparabiliter vir- Annæ
go generabit altiſſimi filium. Quomodo ergo
quæ vetula erat, quæ natura ſterilis erat, ac ſe
ſciebat angelo referente ſterilem: mortuo viro,
alios accepiſſet, cũ fuiſſet adhuc ex ætate facta
ad concipiẽdum ineptior, etiam ſi ſterilis natu-

ra non fuisset? Et ne diffiteri possis, Annam in senectute peperisse virginem, & tum vetulam fuisse: vel ex hoc intellige. ꝙ Elizabeth neptis Annæ ex Esmeria sorore eius natu minore, vt tradunt historiæ: senex erat, cum nunciatũ est beatissimæ & intemeratæ virgini, ꝙ filiũ dei cõ

Lucas 1 ciperet. Et ecce (inquit angelus) Elizabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Quare oportuit Annam materteram Elizabeth, & matre ipsius Elizabeth annosiorem: tantũdem aut etiam plus ætatis habuisse cũ peperit θεοτόκον virginem, q̃ Elizabeth cum peperit Ioannem. Vetula igitur necessario erat. & non solum vetula: sed etiam (vt iam dictũ est) natura sterilis. Itẽ si ex alijs maritis cõcepisset: miraculo (vt prius) cõcepisset. Sed nũquid alia miracula facta leguntur: vt Anna iam anus & sterilis natura, sequentes proles gigneret, quæ magno miraculo virginẽ futurã dei matrẽ pe-

7 pererat? ❡ Enimuero si post MARIAM, aliã sequentem peperisset prolem: poterat videri ortus MARIAE non miraculosus. Atqui & miraculo nata fuit, & mirabilius cõuersata: & (vt sic dixerim) miraculosissime totaq; mirãte natura, fœcundata. Absit igitur vt tam admirabili partu ortæ virgini: vlla ex Anna tribuatur so-

8 ror. ❡ Item quænam vetula in antiqua lege: ex viduitate legitur superiduxisse virũ? Si fieri po

teſt: vel vna adducatur. Quod cum non poſſit: cur vni Annæ, et ſeni & ſterili ſanctiſſimæ tribuemus, id quod illi minime omnium conuenire videtur?

9 ¶ Et quidem commentum maligni non hominis inuentum eſſe videtur: aſſerere beatiſſimæ Annæ, vetulæ & ſterili, ſed quę miraculo reginã cœli pepererat, tres fuiſſe viros, cõmentum dico maligni, partim vt mater matris dei infamaretur, & illi trigamiæ nota inureretur, partim vt virgo ſine labe concepta, quę caput eius obtriuerat, videretur ex libidine cõcepta, partim vt vetulæ, ſuggeſtione maligni prurientes ſed inhabiles ad partũ, auderẽt turpiter ad ſecundas & tertias conuolare nuptias, & haberent quo velarent incontinentiæ ſuæ crimen, Annam matrem matris dei exemplum, quæ pariter in earum incontinentia famæ detrimentũ pateretur. Sed mẽtiris o peſſime dæmon. Nam nec ex cõcupiſcentia reginam cœli concepit (dicente angelo ad Ioachim. Peccati, non naturæ: vltor eſt deus. & ideo cum alicuius vterũ claudit: ad hoc facit vt mirabilius denuo aperiat, & non libidinis eſſe quod naſcitur, ſed diuini muneris cognoſcatur) nec tres viros (vt tu ſibilas) habuit. Ergo illabis regina (Græci ἄσπιλον dicunt) neq; ex concupiſcentia et libidine cõcepta eſt, neq; tuum virus ſenſit vnq̃: neq; Anna, ſterilitate naturæ, non peccato, cõ-

Hiſtoria Annæ

clusa, sed miraculo fœcundata, ad eā vtero san-
ctificato pariendam quæ parem non esset habi
tura, plures vnq̃ habuit viros. ❡ Absit, absit: vt 10
sanctæ viduæ quæ contentæ vno viro, reliquū
tempus vitæ suæ in operibus misericordiæ, pie-
tatis, & orationis expendunt, aliud exem-
plum habeant q̃ beatissimam Annam matrem
virginis intemeratæ, quā ceu vnicum viduitatis
specimen imitentur, vt omnes virgines virginē
eius filiam tanq̃ virginitatis ideam. sed hono-
retur dei mater in sua matre: quę reputetur san
ctior & ad imitandum longe dignior, q̃ Anna
Lucas 2 Phanuelis, de qua apud Lucā legitur. Et erat
Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser:
hæc processerat in diebus multis, & vixerat cū
viro suo annis septem a virginitate sua. & hæc
vidua vsq; ad annos octogintaquatuor: quæ
nō discedebat de tēplo, ieiunijs et obsecrationi
bus seruiens nocte ac die. Hęc Euāgelista. Sed
O q̃ hæc Anna sāctior videretur Anna matre
reginæ nostræ: si ea, vetula superinduxisset vi-
ros, cū hęc a iuuētute vidua, amore sāctimonię
& castitatis celibē vitā duxerit ad annos vsq;
octogintaquatuor? Nonne etiā si matris dei
matrē in numerū earū viduarū cōijceres q̃ obli
tę fidei primi mariti nubere volūt, quas & apo
1 Timoth. 5 stolus Paulus dicit in hoc dānationem habere,
q; primā fidem irritā fecerunt: figmentum ma-

ligni sequereris? Cur potius nō annumerabis Annam viduarum sanctissimā, vere viduis de quibus illic apud eundē apostolū fit mētio hūc in modū. Vidua eligatur nō minus sexaginta annorū,quę fuerit vnius viri vxor,in operibus bonis testimoniū habēs:si filios educauit,si hospitio recepit,si sanctorū pedes lauit,si tribulatione patientibus subministrauit,si omne opus bonū subsecuta est. Et sequitur. Si quis fidelis habet viduas,subministret illis,vt nō grauetur ecclesia: vt ijs q̄ vere viduæ sūt,sufficiat. In quibus verbis Apostolus vere viduas solū eas vocat: q̄ vnicū habuerint virū. Nūqd ergo tu tres viros dabis Annę matri matris dei:& alias innumeras mulieres poteris vere viduas dicere, hanc nō poteris? Nequaq̄ certe. Immo sentire debes,nullā vnq̄ quæ ad viri copulam venerit: castiorem Anna in thoro, nullamq; verius viduā post thorū fuisse. Absit igitur non solū dicamus sed etiam cogitemus: Annā deiferę virginis parētē,duos pluresve habuisse viros. Sed potius credamus,malignū qui p Eluidiū occasione accepta ab ijs qui fratres domini dicebātur,infamare nitebatur filiā: identidē nactum occasionē ab ea quę soror Marię dicebatur,infamare studuisse ex pluralitate maritorū matrē, adeo vt etiā plures cōmentus sit fuisse MARIAE sorores,proprias Annę filias. ¶Quāob

rē sufficiēter ostēso, Annę vnicū fuisse virū: sub-
inde vnicā illi fuisse filiā, ostēdere nitamur. Iā
Numero 3 cōstat: Cleopham nō fuisse Annæ virum. ergo
ex eo, Anna quę sancta erat, nō cōcepit filiā. Si-
Numero 4 militer ex Salome quæ mulier erat, vt cognitū
iā est: filiam cōcipere nō potuit. Ex solo igitur
Ioachim concepit filiam. Quare vnicam conce-
pit filiam, MARIAM scilicet semper benedictā:
quādo hāc solā Ioachim tribuere solēt. Vnica
igitur: Annę filia fuit. ¶ At forte dices. Esto ex 12
Cleopha & Salome qui viri eius nō fuerūt, nō
cōceperit filias: ex Ioachim tamē proprio viro
plures cōcepit. Respōdeo, id in primis receptū
esse: Annā monitu angeli, et miraculo cōcepisse
virginē, queādmodū historia eius cōtinet, hoc
Historia Annæ habēs modo. Cōcepit ergo Anna: et peperit fi-
liā. & iuxta mādatū angelicū: parētes vocaue-
rūt nomē eius MARIAM. Sed nūquid alias eam
āmonuit angelus: vt viro suo cōgrederetur ad
aliā cōcipiendā? Nūquid aliud miraculū: pro
alia filia gignenda, factū legitur? Minime. Sed
legitur: etiā angelū ad Ioachim dixisse. Anna
vxor tua: pariet tibi filiā. Filiā dixit: nō filias.
Nō ergo Anna, ex Ioachim plures cōcepit fi-
lias: sed vnicā, MARIAM. ¶ Pręterea. Cur obla- 13
tio Ioachim repudiata est, cur ipse spretus, &
ei dictum est ab Isachar Pontifice, qui tum tē-
plo Hierosolymis pręerat, Cur inter fœcūdos

infœcundus ipse stare præsumeret, & munera
eius nequaquam deo digna posse videri quem
ipse prole indignum iudicasset: nisi quia tem-
pus suscipiendæ prolis ex Anna vxore, prçter-
ierat? Alioqui dicere poterat Ioachim: non-
dum exactum esse tempus, quo Anna sibi libe
ros parere posset. At id dicere non potuit: vt
apertius virginis nasciture ortus, nõ hominis
opus sed dei munus, non natura sed miraculũ,
videretur. Quomodo igitur Ioachim & An-
na, cum nequaquam ignorarent se ad genera-
tionem, cum natura tum ætate inhabiles: no-
uis nuptijs studerent, & Anna vterum ad vir-
ginem pariendam sanctificatum, præberet te-
merandum, vt venereæ rei indulgens nouam
prolem pareret ex concupiscentia, quæ iam re-
ginã gratiæ conceperat & pepererat ex gratia,
quã & sciebat pariturã in virginitate dominũ
gloriæ? Et certe ipsa Anna natura infœcunda:
extra etiã fœcunditatis tẽpus, miraculo fœcun-
da facta est ad eam pariendam quæ parem nõ
esset habitura. immo vterq; miraculo fœcũdus
euasit: vt ea ex eis nasceretur, quæ sola seipsa
fœcunda, dei filium & regem angelorum pare-
ret. Nequaquã igitur credibile, immo ne veri-
simile quidem fuerit: Annam post illabis &
intemeratæ virginis ortum, alios genuisse, aut
14 certe id attentasse. ¶ Nonne etiam Ioachim

& Anna legi satisfecerant, nonne voto, nonne
angeli mandato: illam virginem generando ex
matris etiam vtero plusquam beatam? Nonne
illis satis erat illa vnica, quę infinitis liberis me
lior erat: & quam sciebant deum cœli paritu-
ram perpetua virginitate seruata, angelo eis di
Historia Annæ
cente. Virum nunquã cognoscet: sed sola sine
exemplo, sine macula, sine corruptione, sine vi-
rili commistione virgo filium, ancilla dominũ,
& gratia & nomine & opere saluatorem mun-
di generabit. Ad quid nouã desyderassent pro-
lem? Nulla igitur ex eis alia proles est exorta:
sed ne desyderata quidem. ℂ Sed age edissere 15
mihi: quinam, quibus partus fuerit diuinitus
annunciatus, aliam insuper habuerint prolem?
Genesis 18
Annunciatus est Isaac ipsi Abraham & Sar-
ræ: an alium ex Abraham habuerit insuper fi-
Iudicum 13
lium, filiamve Sarra? Sampson annunciatus
Lucas 1
est: quis posterior, ei frater legitur? Ioannes
Baptista annunciatus est: nũquid pater & ma
ter eius postea generandis liberis intendisse le-
guntur? Nonne sat sibi visi sunt illa prole bea
ti? Sed quanto beatiores Ioachim & Anna fue
re illa singulari, & quæ parem habere non po-
tuit, prole: quam ex diuina susceperunt & an-
nunciatione, & prænunciatione, & præfigura-
tione. Non igitur vlla credi debet istis fuisse po
sterior proles. ℂ At forte dices. Moses au- 16

ctore Ioſepho annunciatus: fratrem, ſororemq; habuit. ¶ Ad hoc reſpondebimus: Moſen ex ſterilibus & infœcũdis non fuiſſe progenitum, Et etiam ſi fuit annunciatus: nullam aliam ex parentibus eius, ei ſucceſſiſſe prolẽ. Nam Maria ſoror eius: ex capite ſecundo Exodi, multo grandior natu cognoſcitur. quandoquidẽ Moſe infantulo in fiſcella ſcirpea flumini expoſito: ſpeculabatur a lõge, & rei prꝭſtolabatur euẽtũ. Et Aaron Moſis frater: ex cap. ſeptimo Exodi, tribus annis maior natu ipſo Moſe deprꝭhenditur. Erat autem (inquit) Moyſes octoginta annorũ, & Aaron octogintatrium: quãdo locuti ſunt ad Pharaonẽ. Q̃ ſi Moſi annunciato, licet ex fœcunda & nondum ſene genito, nulla fuit ſubſecutio partus: quanto magis oraculis prophetarum prænunciatæ, & angelo celitus parentibus miſſo annunciatæ, ac prꝭfiguratæ virgini, & ex natura ſterili & infœcunda ortæ, nullus debuit alius ſuccedere partus?

[2. Ioſeph 11 — Exodi 2 — Exodi 7 — 80 — 83]

17 ¶ Et certe pugnare videntur: quãpiam ſobolem ex cœleſti annũciatione conceptã eſſe, & ipſam habere ſubſequẽtem germanũq; partum. Si igitur ex Ioachim Anna prolem aliã habere non debuit, neq; habuit: tanto minus, ſi ille prior fatis conceſſit, ex alio quocumq; ficto ſomniatoq; marito. Hinc fit, vt beatiſſima regina cœli terræq;, ac mundi domina: vnica

fuerit Annæ proles,& e tribus quæ beatissimę
Annæ filiæ tribuuntur,vna sola sit in veritate
MARIA,quæ est,angelo dei Gabriele teste,sup
omnes benedicta. ¶Eniuero, vt ex Adã ma= 18
nu dei vnica Eua,sine peccato formata est: sic
crediderim ex Anna, manu dei vnicã sine pec
cato formatã MARIAM (quę est secũda & vera
Eua) & longe quidẽ magnificẽtius,perfectius,
& cõsummatius formatã. Prima Eua,figura:
secũda,veritas. Illa per se infœcũda manẽs:hęc
per se fœcunda, sine viro pariens. Illa, in cor=
ruptione: ista,sine corruptione. Illa,viro pecca
tori gignendo: ista,filio dei præparata. Illa,tẽ=
plum mortalis habitatoris: ista, dei immorta=
lis. Illa,in dolore: ista,sine dolore peperit. Il=
la,humanum genus perdidit: ista,instaurauit.
Illa,innumeris cõmunis: ista,incomparabilis,
impar,& omnino singularis. Fit igitur recte:
vt vnica & singularis ista tribuatur Annæ filia
gratiæ, super õnes singulariter a deo gratifica=
ta. siquidem Annam: gratiam interpretantur.
Lucas 3 Si enim Adam fuit dei, vt scribitur (Qui fuit
Seth,qui fuit Adam,qui fuit dei) & Eua dei:
multomagis CHRISTVS dei, & MARIA dei.&
hi: illos omni singularitate præcellentes. ¶Et 19
cui etiam possit melius q̃ huic mysterio,accom
Canti. 6 modari id amatorij cantici cãticorum. Vna est
columba mea,perfecta mea:vna est matri suæ,

electa genitrici suæ. Hæc ergo dei colũba, hæc perfecta: vna est & singularis matri suæ Annę filia, vna electa genitrici suæ felicissimę Annę. hac, Anna inter natura steriles supra naturam fœcũda, vnica prole, beatissima existit. Et illud cantici, de tota beatorum & beatificandorum ecclesia præcipue dictum non esse, sed de quadam in ea singulari: insinuat sermo iste, illud nullo interuallo præcedens. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ: & adolescentularum non est numerus. Et continuo subnectitur. Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Quę sunt reginæ: nisi illæ beatæ, quæ diademate gloriæ in regno summi amoris præ cæteris sunt adornatæ, & quodammodo ipsi amori, qui rex regnãtium est, conregnantes? Quæ post eas diuinis amplexibus dignæ: nisi quę ad diuinam vnionem admittuntur, qua absorptæ, per amorem vnum cum amato efficiuntur? Illę senario plenitudine denaria reuoluto: istæ octonario sua identidem plenitudine denaria perfecto, significatæ? Quæ adolescẽtulæ illæ innumeræ: nisi quæ omnes ab æterno sponso, qui amor, amatus, amãtium merces idem est, sunt amatæ, sed nondum ita in amore consummatæ, vt ad illam diuinam veniant vnionem, qua in ipsum transformatę transeant amatum, sed sola amati

viſione viuunt,hac ipſa viſione poſt reginas & eas quas ſecreta beatificat vnio, felices? Quæ porro columba illa tam ſingularis,tam vnica, tā perfecta,longo interuallo reginas cœleſteis, et eas omneis quę infra ipſas ſunt,in regno ex altatiſſimo amoris antecedit: niſi virgo illa ſuper mulieres omnes, non modo huius mūdi, ſed etiam cœleſtes benedicta, communis cum deo patre,filij dei parens,regina reginarum & pluſquā regina,beata beatarū & pluſquā beata,dei patris columba, dei patris perfecta,vna matri ſuæ Annæ in illo regno ſummi amoris vni reginarū eminētiſſimæ,electa genitrici ſuę? Nō igitur Anna elegit aliā gignere filiā: ſed hæc perfecta,hæc electa,hæc vnica illa fuit, vt nos docuit in ſuo cātico amor,qui eſt huius columbæ,huius perfectę,filius benedictus in ſæcula. Amen. ¶ Verum ſcio plurimos pro con- 20
ſueta aſſertione argumenta habituros eſſe:quędam quidem ſolutu difficiliora,quædam autē parū apud eos qui exercitatiorem in bonis ſtudijs ſenſum habuerint,roboris habitura, qualia hæc fuerint. Primo: ꝙ quidam quaſi texentes hiſtoriam ponunt Annam tres habuiſſe viros. Ioachim,primū. Quo mortuo: Cleophā, ſecundū. Quo mortuo: Salomē,tertiū. Et tres identidē filias. ¶ Ad quæ reſpondebimus: ꝙ vulgata opinio, nobis quidem publicus popu-

P C
V B
A F

larísq; error eſt,quí amatoríbus verítatis nunq̃ ſolet,neq; debet,eſſe curæ. q̄q; illís,ex quibuſ- uís ſine vllo diſcrimine,librorũ confartoribus, id plane euenít: quod ín euãgelio dícitur. Cæ- cus autem ſi cæco ducatum præſtet: ambo ín foueam cadunt. Nam præter id q̄ nulla ratío- ne valída vtuntur, nequaquam bonos ſequun- tur auctores: ſed vulgata quædam & imperíta carmína,& (vt ſic dícam) rude dolatũ ab índo cto quopiã,ſed íllo tempore docto,ludí magí- ſtro hexaſtíchon,pro õní ſuę aſſertionís appro batione adducunt. Q uæ carmína,quãuís híul- ca ſint,& índocta,varíjſq; ſcatentía mendís:híc tamen ſubíjcíam. ne quís poſthac ab eís occa- ſionẽ nactus:de Anna,plures eí marítos & fí- lías tríbuendo,male ſentíat. ſunt autem : hæc. Matthæus 15

MENDAE

Anna ſolet dící tres concepíſſe Marías:
Quas genuere virí,Ioachím, Cleophas,Salo- meque. Salóme
Has duxere virí: Ioſeph, Alpheus,Zebedęus. Alplięus
Príma parít CHRISTVM, Iacobumq; ſecunda mínorem Iacóbum
Et Ioſeph íuſtũ peperit cum Símone Iudam, Simóne
Tertía maiorẽ Iacobũ volucremq; Ioannem. Iacóbum

Quíd ígítur íd facíat:cõtra ea quæ ex probatís auctoríbus ſunt ſuffícienter oſtenſa? Quís íllas hiſtorías,ſi tamen hoc nomíne dígnæ ſint, aut præponet,aut æquabít,aut deníq; eccleſiaſtícæ

opponet historię? Neq; plus roboris habuerit: quod in fastis suis scripsit Mantuanus.

Mãtuanus Anna puerperio fortunatissima sancto:
Tres habuisse viros, & tres habuisse puellas
Dicitur.

Hic enim vir tẽpestate nostra, sanctitate vitę celebris, & carmine clarus: nũc protrita, nũc poetica sectatus est studia, alijs relinquens, quæ vera essent, discutiẽda. Quod & satis hic indicat, ꝙꝙ nõ ex sua sentẽtia loquitur, sed ex vulgatis: cum inquit, Dicitur. ¶ Sed nunc quæ plus nodi habent, & ad diluendum difficultatis: subnectamus. Ex euangelio: Maria Cleophæ, soror MARIAE matris domini cognoscitur. Inquit 21
Ioannes 19 enim Ioannes. Stabãt autẽ iuxta crucẽ IHESV: mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, et Maria Magdalene. At quomodo soror MARIAE matris domini: nisi fuerit filia Annæ? ¶ Ingenue fatemur, Mariam Cleophæ in scripturis dici sororem virginis deiparæ: sed nusquã dici filiam Annæ. Neq; pater neq; mater eius vnq̃ leguntur: sed maritus eius Cleophas, qui pater fui Simeonis siue Simonis apostoli, et Maria Cleophę mater eius, vt supra ex
Numero 3 Egesippo monstratum est. ¶ At quæres. Cur ergo Maria Cleophæ: soror MARIAE matris dei dicitur? ¶ Ea certe consuetudine: qua vxores fratrũ, se mutuo dicũt sorores. Nã Ioseph

& Cleophas fratres fuerunt: & illius & huius
vxores, illius MARIA perpetua virginitate cum
fœcunditate pluſq̃ diuinæ prolis, ſuper omnes
honorata, huius Maria Cleophæ. Quid mirũ
igitur, ſi MARIA ſemper virgo & Maria Cleo-
phæ, vxores fratrum: dicuntur ſorores? Q; au
tẽ Ioſeph & Cleophas, fratres fuerint: ſcribit
Euſebius, auctore Egeſippo, dicens. Omneſq; 3.Hiſt.ec.
vno conſilio atq; vno cõſenſu Simeonem Cleo 10
phæ filiũ decreuiſſe, cuius mẽtio in euãgelijs fa
cta eſt: vt epiſcopatus ſedẽ ſuſciperet. conſobri-
nus is ſecundũ carnẽ, ſaluatoris fuiſſe diceba-
tur: quia Cleophã, fratrem fuiſſe Ioſeph, Ege-
ſippus teſtatus eſt. Hęc Euſebius. Vides igitur
Ioſeph & Cleophã, fratres fuiſſe: & MARIAM
dei matrem & Mariam Cleophæ, fratrum
vxores. Et q; Maria Cleophæ ſoror virgi-
nis MARIAE dicatur: hoc habere non a ma-
22 tre, ſed a marito. ¶ Sed dices. Quomodo dice-
retur Simeon cõſobrinus domini ſecundũ car-
nem: niſi Maria Cleophæ fuiſſet Annæ filia
ſecũdum carnem? ¶ Id noſſe par eſt: vſum ſcri-
pturarum habere, non a mulieribus ſolum, ſed
etiam a viris, dici cõſobrinos. Nã Rachel: cõ-
ſobrina Iacob dicitur, ratione Laban qui erat
pater Rachel. Quam (inquit ſcriptura) cum vi Geneſis
diſſet Iacob: & ſciret cõſobrinã ſuam. Et ſubne 29
ctit. Et erat Rachel filia Laban. Sic hic: ratio-

ne Cleophæ fratris Ioseph, nõ Annæ, aut vxoris Cleophæ, prouenit hæc Simeonis & CHRISTI affinitas. quod satis innuit Eusebij historia: dicendo. Consobrinus is secundum carnẽ, saluatoris fuisse dicebatur. Et subnectit rationẽ. Quia Cleophã, fratrẽ fuisse Ioseph: Egesippus testatus est. Adde etiam ꝙ filij nuncupatarum sororũ: cum sorores respicimus, consobrini dicuntur, sed eo modo: quo dicuntur sorores, aut sanguine, aut affinitate. Ergo Simeonem, consobrinũ domini dicere possumus: attendentes Mariã Cleophæ, quę soror virginis MARIE dicebatur. ¶Nec alia ratione, q̃ ꝙ soror matris IHESV dicebatur: nuncupauerit sacer Hieronymus Mariam Cleophæ materteram domini, disputãs aduersus insanum Eluidium, cũ dicit. Nunc illud est quod conamur ostendere: vt fratres domini appellentur filij materterę eius Mariæ, & hanc fuisse matrẽ Iacobi & Ioseph, id est Mariam Cleophæ. Hæc sane, vt iã dictum est, sola ratio putãda est: cur Hieronymus eam materteram domini dixerit, quia nũcupata est (testimonio etiam euangelico) soror MARIAE matris domini. ¶At rursus adijcies. Cum nulla ratione Ioseph ad CHRISTVM attineat secundum carnem: quomodo igitur Simeon secundum Egesippum cõsobrinus saluatoris secundum carnem fuisse dicitur, & consi-

Hieronymus

militer Iacobus, Ioſeph, & Iudas fratres eius, ſi hæc cognationis affinitas inde ſolum pēdeat ꝙ Cleophas frater Ioſeph eſſet? ¶ Q̃ Ioſeph pater CHRISTI ſecundum carnem non fuerit: vero verius & aſſerere poſſumus, & tota fide credimus. ꝙ autē nulla ratione Ioſeph ſecūdum carnē ad CHRISTVM attinuerit: aſſerere non poſſumus. nam CHRISTVS, MARIA, & Ioſeph: de Dauid ſecundum carnem deſcēderūt, Sed quāta Ioſeph propinquitate carnis coniunctus eſſet MARIAE, cui tanq̃ contribulis & affinis vt vir aſſignatus eſt: nos latet. Quare & Ioſeph & Cleophæ fratris eius, potuit eſſe aliqua carnis ad CHRISTVM affinitas: ſed ſolū quatenus ij aliquā cum ſemper glorioſa virgine matre CHRISTI, carnis affinitatem habebant. Nec te prætereat velim: neq; Euſebiū neq; Egeſippum aſſeruiſſe Simeonē & fratres eius, propinquos CHRISTI fuiſſe ſecundū carnē, ſed dictos atq; reputatos hoc modo propinquos, vt & Ioſeph pater CHRISTI ſecūdum carnem dicebatur a Iudæis, ac reputabatur, qui ſolum talis erat lege, & populi exiſtimatione. Sic etiā & de filijs Cleophæ, qui nūc conſobrini, nunc fratres domini dicebātur: exiſtimādum eſt. Quod & beato Hieronymo aduerſus Eluidiū antidicomaritam placet: dicenti. Sic tecum agam, quaſi ſuperius nihil egerim Hieronymus

eodemq; modo dictos fratres domini, quo Ioseph dictus est pater. Et subdit. Vere Ioseph pater fuit: quis sic hebes dicere non audebis. An putabatur? Eodē modo existimētur et fratres: quo existimatus est pater. Hæc Hieronymus. Q autem neq; Eusebius neq; Egesippus asseruerint Simeonē & fratres eius, re vera propinquos CHRISTI secundum carnem esse: cōstat. sic enim habet Eusebius. Post martyriū Iacobi, & continuo consecutum ciuitatis excidium: traditur apostolos cæterosq; domini discipulos qui ad illud tēpus reliqui erant, in vnū e locis omnibus conuenisse simul cum ijs qui propinqui secundum carnem, domini dicebātur. Plurimi namq; & ex ijs: per illud tempus superant. Egesippus vero sic. Omnesq; vno cōsilio atq; vno cōsensu Simeonē Cleophæ filiū decreuisse, cuius mentio in euangelijs facta est: vt episcopatus sedem susciperet. consobrinus is secundum carnem, saluatoris fuisse dicebatur. Vides q ille dicit, Qui propinqui secundum carnem, domini dicebantur, hic vero, Cōsobrinus is secundum carnem, saluatoris fuisse dicebatur: satis insinuantes his verbis, dicebantur & dicebatur, tales re vera non fuisse, sed existimatione potius sic dictos. ❡ Sed hic forsitan quæres: vbi de Simeone in euangelijs mentio facta est? ❡ Sane apud Lucā, expresse capite

3. Hist. ec. 10

sexto, dicentem. Et cum dies factus esset: voca-
uit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, Lucas 6
quos & apostolos nominauit, Simonem quem
cognominauit Petrum & Andream fratrem
eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bar
tholomæum, Matthæum & Thomam, Iaco-
bum Alphæi & Simonem qui vocatur Zeló-
tes, Iudam Iacobi & Iudam Iscariotē qui fuit
proditor. Et aliis in locis vbicunq; de duode-
cim apud Matthæum, Marcum, & Ioannem
fit mentio: hic Simeon compræhenditur, qui
apud Lucam expressus est Simon Zelotes.
26 ¶Neq; te moueat: ꝙ in euangelio & passim,
Simō nominetur, & in historia Ecclesiastica &
apud Egesippū Simeon. Nā Simeon et Simō,
idem est nomen: illic integrū, hic concisum con
tractūq; & quasi κράσει pronunciatū, qua fi-
gura sępenumero vtuntur Græci. Et ꝙ idem
sit nomen: cōstat. nam Petrus qui toties in eu-
angelio Simon nominatur: in secunda epistola
Catholica græce scripta, Simeon nuncupatur.
quæ sic incipit. σιμεὼν πέτροσ δοῦλοσ καὶ ἀπό-
σολοσ ἰησοῦ χρισοῦ. Simeon Petrus seruus &
apostolus IHESV CHRISTI. Sed de hac diuersi
tate nominis, nūc incōtracti nūc cōtracti: satis
27 hactenus dictū sit. ¶At forte qspiā vsus ptina
cia, neq; veritati neq; rationi auscultans: adij-
ciet. Nisi Maria Cleophę fuisset vera & vteri-

na ſoror MARIAE: nunq̃ filij eius diceretur fra
Matthæus 13 tres domini, vt apud Matthæum. Nonne ma-
ter eius, dicitur MARIA: & fratres eius, Iacobus
& Simon et Iudas? ❡ Sed quęro. Si filij ſororũ
dicantur fratres, vt fatetur & contendit aduer-
ſarius: cur non æquo, ſi non valentiore, iure fi-
lij fratrũ, fratres dicãtur? In quo mulier potius
ius ad id nomenclaturæ habeat q̃ vir: ſoror q̃
frater? Immo æquas aut potiores, viro parteis
tribuerim. Atqui Cleophas frater Ioſeph erat:
Lucas 2 Ioſeph autẽ pater domini dicebatur. Ecce ego
(inquit) & pater tuus: dolentes, quærebamus
te. Cur igitur non dicentur fratres domini:
quatenus dominus & iſti, filij fratrum erãt, ille
lege, iſti lege & natura filij? Id igitur nullomo-
do efficit: oportuiſſe Simonem & fratres eius,
fuiſſe filios proprię veręq; ſororis MARIAE dei
genitricis. ❡ At nũc omnino fieri nõ poſſe, vt 28
Maria Cleophæ vera ſoror MARIAE, & pro-
pria filia Annę fuerit: oſtẽdamus. Iacobus mi
nor, Simon, Ioſeph, & Iudas: fuere (vt viſum
eſt) filij Cleophæ, & Mariæ vxoris eius. Q̃ ſi
Maria Cleophæ fuiſſet propria filia Annæ:
neceſſario fuiſſet iunior MARIA ſemper virgi-
ne primogenita Annę, quare & filij eius, ætate
iuniores ſaluatore: cum virgo admodum ado-
leſcentula, & (vt aiunt) quindecim annorum,
de ſpiritu ſancto vitæ principem mundique re-

dēptorem conceperit. ſicut ſcriptum erat. Ecce Eſaias
ALMA id eſt virgo abſcondita, virgo adoleſcē- 7
tula: concipiet & pariet filium. At iam oſten- Numero
ſum eſt: Simeonem filium Cleophæ & Marię 3
vxoris eius, eſſe maiorē natu CHRISTO annis
vndecim. quare: quatuor dūtaxat annis minor
natu MARIA fuiſſet. quem ſi Maria Cleophæ
mater eius quartodecimo ætatis ſuæ anno pepe
riſſet: adhuc fuiſſet decē annis annoſior virgine
ſupbeata. Impoſſibile igitur eſt: vt Maria Cle-
ophæ, propria filia fuerit Annæ, & etiam poſt
29 MARIAM nata. ¶ Et profecto eoipſo ꝙ vxor
Cleophæ Maria nuncupata eſt: ſufficiens prę-
bebatur argumentum, ꝙ non erat Annæ filia.
Nā in eadem familia: non ſolet duobus fratri-
bus, aut duabus ſororibus, idem nomē aſſigna-
ri, tātominus tribus, vbi maxime in ipſa fami-
30 lia ſunt ſolum duo, aut tres liberi. ¶ Et non ſo
lum crediderim Simeonem natu maiorem ſal-
uatore: ſed & reliquos eius fratres, Iacobum,
Ioſeph, et Iudam, qui omnes, excepto Ioſeph,
vocati ſunt ad apoſtolatū. Atq; hocipſo Iaco-
bus qui dicitur minor: videatur Simeone æta-
te ſuperior, ꝙ Simeoni prælatus fuerit ad epi-
ſcopatus Hieroſolymitanæ ſedis honorem.
Nam ex Egeſippo & Euſebio: Iacobus mi-
nor, cognoſcitur fuiſſe primus Hieroſolymo-
rum epiſcopus, & Simeon qui & Simon, ſe-

cundus. Constat igitur nulla ratione fieri potuisse: vt Maria Cleophæ, propria Annæ filia fuerit. ¶ At hic forsitan: quispiam sciscitabitur. Si Iacobus Mariæ Cleophæ filius, tantæ fuisset ætatis: cur vocatur Iacobus minor (vt apud Marcum. Erant autẽ & mulieres delonge aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome) & alius filius Zebedæi, Iacobus maior? ¶ Sane non dicitur Iacobus filius Cleophæ minor, & alius Iacobus filius Zebedæi maior, ob ætatẽ & annos: sed ob corporis molem. ꝙ Iacobus Zebedæi filius, frater Ioannis: esset corpore proceriore. Quod indicat Marcus: cum dicit. καὶ μαρία τοῦ ἰακώβου μικροῦ καὶ ἰωσῆ μητήρ. id est, & Maria Iacobi parui & Iose mater. Quanq̃ alij referunt ad vocationem apostolatus: sed id nullo argumento. Qui enim fit, vt quia hic vocatus posterior, ille prior, quod & incertum inexploratumq; habetur: hic paruus, ille magnus dicatur? Sed & verisimilius habeatur: vt Iacobus minor qui & frater dñi dicitur, qui & illi semper pene condomesticus fuit: fuerit vocatione prior. Ergo ab habitudine corporis: hic paruus, ille magnus dicitur, siue hic minor, ille maior. queãdmodũ homo paruus, & homo magnus: hac potissimũ ratione, pas

Marcus 15

31

32 ſim dici ſolet. ¶ Sed addes. Cũ dicit Marcus,
• Et Maria Iacobi parui & Ioſe mater: an ali-
us ſit Ioſe q̃ Ioſeph? ¶ Nõ alius ſane: ſed pror
ſus idẽ. Qui aliquãdo ἰωσὴ, Ioſe: dicitur, vt hic,
aliquãdo ἰωσήφ, Ioſeph: vt in actis apoſtolicis
• cap. primo. καὶ ἔστησαν δύο, ἰωσὴφ καλούμενον Acta
• βαρσαβᾶν ὃς ἐπεκλήθη ἰοῦστος, καὶ ματθίαν. id 1
• eſt. Et ſtatuerũt duos, Ioſeph q vocatur barſa-
• bas, qui cognominatur Iuſtus, & Matthiã. At
certum eſt: Iacobũ filium Cleophæ, cognomi-
natum eſſe Iuſtum, ex Ioſepho, Egeſippo, Eu-
ſebio & omnibus antiquis. ſimiliter & Ioſeph
fratrem eius. Conſtat igitur: eundem eſſe Ioſe
& Ioſeph. illic, ἀφαιρέσει literæ φ: hic, eiuſdẽ
literæ φ προσθέσει, quę aliquãdo in σ, vt apud
Matthæũ, vertitur. Sed de filijs Mariæ Cleo-
phæ ꝙ multo maiores natu CHRISTO fue-
rint, ꝙꝗ mater eorũ Maria Cleophæ non po
tuerit eſſe propria filia Annæ, & propria virgi
33 nis MARIAE ſoror: abunde diſcuſſum eſt. ¶ At
quid dicemus de Maria Salome: quam tertiã
Annę filiã, & naturalẽ quidem ac propriã, eſſe
aſſerunt? ¶ Nihil profecto aliud q̃ nos nullam
Mariam Salomæ noſſe: neq; vllam ſic in euan-
gelio nũcupari, ſed Salomen dũtaxat. vt apud
• Marcum. Erant autẽ & mulieres de lõge aſpi Marcus
• ciẽtes: iter quas erat Maria Magdalene et Ma 15
• ria Iacobi minoris et Ioſeph mater, et Salome. 16

Itē. Cū trāsisset sabbatū: Maria Iacobi & Salome emerunt aromata. Vbi Salome semper est recti casus, vt Helene: & ęque propriū nomen. adeo vt tam absurde dicatur Maria Salome: q̃ Maria Helene, aut Maria Martha, vbi duo diuersa propria nomina mulierū sibi continuo male adferruminantur adiungūturve, & cōtra consuetudinē tam Hebræorum q̃ Græcorum. ¶ Sed hic error, ꝙ Maria diceretur, prouenit: quia propter ignorantiam linguarum, crediderunt nōnulli in Marco Salome nomen esse viri, & casus genitiui. quem errorem: supra, satis superq; confutauimus. Nam re vera Salomon nomen viri est, & Salome mulieris propriū: & illud pacificus, hoc pacifica interpretatū sonat, quomodo Salome supra, Origenes et Chrysostomus scite ac vere interpretati sunt. Quāquā Hebræi illa sic efferunt: Selomoh, & Selomi siue Selomith. Itē ꝙ Salomas Salomæ nō dicatur, visum iā est. Q̃ si q̃ sint qui illud tueri velint: par est vt risu omniū explodantur. ¶ Sed & Salomen matrē filiorum Zebedęi, id est Iacobi maioris & Ioannis: ratione cōuincamus, nō fuisse propriā Annæ filiā. Nam Ioānes filius Zebedæi & Salomes: inter apostolos domini cēsetur fuisse Iunior. Atqui Ioānes, CHRISTO paulo minor ætate fuisse comperitur: tribus scilicet, vt in Apologetico pro Anna habe

Numero 4

tur,mensibus.quare Iacobus frater Ioãnis:ætate fuisset maior CHRISTO.Quomodo igitur tertiæ filiæ Annæ filius?quæ etiã si cõcepisset decimo aut nono ętatis suę anno:nõ potuisset habere filium CHRISTO ætate parẽ. Nullo igitur modo fieri potest : vt Salome propria An-
36 nę filia fuerit.¶Q; vero impossibile videatur esse,illud de duobus post Ioachim,Annæ maritis figmentũ: rursus ostẽdamus. Iacobũ fratrẽ Ioãnis natu maiorẽ,qui CHRISTO aut ętate æqualis erat,aut superior:tertiæ filiæ Annæ ex tertio marito filiũ ponit.Atqui Ioachim viuebat, tertio ãno virgineę ablactationis expleto,in præsentatione MARIAE: vt in historia cõtinetur,hoc modo. Cũq; triũ annorũ circulus voluéretur,et ablactationis tẽpus cõpletũ esset: ad tẽplũ domini virginẽ cũ oblationibus adduxerunt.Et subditur de gradibus templi.In horum itaq; vno: beatam virginẽ MARIAM paruulam,parentes constituerunt. Ecce quopacto tribus expletis ãnis ab ortu MARIAE:Ioachim viuebat.Qui si etiã tunc fatis cõcessisset:Anna viduitatis luctu peracto, vix secũdum maritũ, quinto anno suscepisset.qui si post vnũ annũ a spõsalibus diẽ clausisset: vix tertiũ septimo anno suscepisset maritũ.Quare secũda filia Annæ : octo annis, si non etiam pluribus , natu minor fuisset virgine deipara. Si itaq; octauo

Historia Annæ

anno ætatis suæ peperisset Iacobum, quod nullo modo natura sinit: non potuisset Iacobus æquare annos CHRISTI, nedum eos quos tribuunt Ioanni. ℭ Et revera Ioannes non po- 37
tuit nisi vno anno ad summum fuisse CHRISTO inferior ætate: vt ex Chronico Eusebij cognoscitur. Quare Iacobus frater Ioannis maior natu: si non etiam ætate superior, CHRISTO fuit æqualis. Qui igitur fiet: vt Iacobus tertiæ filiæ Annæ, fuerit filius? Nam etiam si anno decimo aut vndecimo peperisset Iacobum, quod fieri non potest: ipse non potuisset ætatem CHRISTI assequi. ℭ Immo arbitror 38
Zebedæo & Salome euenisse, quod alijs in generatione sanctorum solet: vt prouecta ætate, in qua minus cõcupiscẽtiæ ad generandã prolẽ efferuescit, genuerint filios, regi gloriæ futuros apostolos. Ex quo minus creditu dignũ videatur: Salomen veram filiam Annæ fuisse, vt quæ MARIA matre regis gloriæ, haud ab re conijciatur ætate longe prouectior. ℭ Adde 39
ꝙ nusquã Salome, soror MARIAE nominatur, neq; filia Annæ, neq; etiam filij eius Iacobus & Ioannes, peculiariter fratres domini: vt Maria Cleophæ soror MARIAE, & filij Cleophæ fratres domini dicuntur. Quo fit vt si Maria Cleophæ, neq; propria soror MARIAE, neq; filia Annę sit: multominus talis putanda sit Sa

40 Iome. ¶ Et vt apertius cognoſcatur, ꝙ Ioãnes vno ad ſũmũ anno, ætate fuerit CHRISTO inferior, et Simeon filius Marię Cleophę vndecim annis ſuperior: colligemus ex Chronico Euſebij annos Imperatorũ, a decimooctauo Tiberij qui fuit annus paſſionis domini, vſq; ad primum Traiani qui fuit annus aſſumptionis Ioannis apoſtoli atq; Euangeliſtę, et hinc vſq; ad decimum eiuſdem qui eſt annus quo Simeon centũ et viginti annorum, crucis pro CHRISTO pertulit ſupplicium. atq; e regione: continuabimus annos CHRISTI a paſſione vſq; ad decimũ Traiani. Ex qua deſcriptione, vel apertiſſime: quæ de ætate Simeonis & Ioannis dicta ſunt, vera eſſe cognoſcẽtur. Eſto igitur ſubiecta huiuſmodi deſcriptio.

Anni Imperatorũ	Anni CHRISTI
18 Tiberius	33 Paſſio domini
19	34
20	35
21	36
22	37
23	38
1 C. Caligula	39
2	40
3	41

Anni Imperatorũ	Anni CHRISTI
4	42
1 Claudius	43
2	44
3	45
4	46
5	47
6	48
7	49
8	50
9	51
10	52
11	53
12	54
13	55
14	56
1 Nero	57
2	58
3	59
4	60
5	61
6	62
7	63 Mors Iacobi
8	64
9	65

Anni Imperatorũ	Anni CHRISTI
10	66
11	67
12	68
13	69
14	70
1 Galba	71
1 Vespasianus	72
2	73
3	74
4	75
5	76
6	77
7	78
8	79
9	80
10	81
1 Titus	82
2	83
1 Domitianus	84
2	85
3	86
4	87
5	88
6	89

Anni Imperatorũ	Anni CHRISTI
7	90
8	91
9	92
10	93
11	94
12	95
13	96
14	97
15	98
1 Nerua	99
1 Traianus	100 Aſſũptio Ioãnis
2	101
3	102
4	103
5	104
6	105
7	106
8	107
9	108
10	109 Mors Simeonis

100 Contueri potes ex pręſenti deſcriptione, anno
99 primo Traiani annos CHRISTI eſſe centum:
Ioannis vero ex Melitone Sardenſi Epiſcopo,
Melito nouem ſupra nonaginta, ait enim. Cum eſſet

annorum nonaginta nouem: apparuit ei domi-
nus IHESVS CHRISTVS cum diſcipulis ſuis,
& dixit ei. Veni ad me: quia tempus eſt vt epu- 100
leris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Vnde 99
fit: vt Ioannes apoſtolus & Euangeliſta, ſolum 1
āno vno fuerit CHRISTO domino, natu minor.
41 ¶Huic ſententię: in libro virorum illuſtrium
ſubſcribit ſacer Hieronymus, de Ioanne ſic in-
quiens. Et confectus ſenio: ſexageſimooctauo Hierony-
poſt paſſionem domini anno, mortuus, iuxta mus
eandem vrbem ſepultus eſt. Si enim a centum
annis CHRISTI, qui numerantur ad primum 100
vſq; annum Traiani, ſubducas ſexagintaocto 68
annos, qui fluxerunt ab anno paſſionis domi- 32
ni vſq; ad prædictum annum Traiani: relin-
quuntur anni duo ſupra triginta, qui ſunt an-
ni CHRISTI præcedentes annum paſſionis
eius. Et ſi a nonaginta nouem annis Ioannis, 99
detrahas ſexagintaocto annos, quot vixit Io- 68
annes ab anno paſſionis vſq; ad primū Traia-
ni: relinquuntur anni vnus & triginta, quot vi- 31
xerat Ioānes vſq; ad annū paſſionis domini.
Quare iterum ſecūdum Hieronymi ſcriptum:
anno vno ſolū, Ioānes ætate minor erat CHRI
STO. Si igitur CHRISTVS treis & triginta an-
nos natus, paſſus eſt: tunc Ioānes trigintaduo-
42 rum erat annorum. ¶Maluiſſem tamē dixiſſet
Hieronymus, ſexageſimooctauo poſt paſſionē

domini anno, assumptum Ioannem q̃ mortuũ: & id quoq; tutius fuisset, & ad euangelium (bona venia dixerim) reuerentius, cum de morte eius non constet. Nam tametsi intrauit foueam instar sepulchri effossam: quęsitus tamẽ, repertus in ea non est, in quam non morte solutus, non languẽs, non tristis, sed viuus, sanus, ac lætus descenderat. Item Enoch: ante tempus legis, viuus assumptus est. Helias: tẽpore legis. Quid mirum ergo? si id euenerit Ioanni tẽpore gratiæ? vt omnia tempora, dico ante legem, legis, & gratiæ: habeant sibi ordinatione diuina viuum reseruatum in aduẽtum domini, aut ad aliud diuinum mysterium secundum beneplacitum suæ sapientiæ æternæ cognitũ. ¶ Ad 43
quid etiam Petro interroganti de fine Ioannis:
Ioannes 21 dominus respõdisset, ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε; hoc est. Si eũ volo manere, donec veniam: quid ad te? nisi voluisset eum manere viuum in aduentum suum? nunquã enim vanum dominus proferebat sermonem. Q̃ si Ioannes dominum interrogasset de exitu Petri, & dominus respõdere dignatus fuisset Ioanni, si eum volo, me Romæ in cruce clarificare, quid ad te? nõne vanus quodammodo fuisset sermo, nisi Petrus Romæ crucifixus, clarificasset dominũ? Et certe nescio, cũ dominus de aduentu suo ad iudiciũ, dixit, Fi-

lius enim hominis venturus est in gloria patris Matthæus 16
sui cum angelis suis: & tũc reddet vnicuiq; se-
cundum opera eius, nescio inquam de quo alio Marcus
q̃ de Ioanne, continuo subiunxerit, Sunt quidã Lucas 9
de hic stantibus: qui non gustabunt mortem,
donec videãt filium hominis venientem in re-
gno suo. quod & Petro de fato Ioannis sciscitã
ti: expressisse videtur. Vnde fit: vt nõ ausim di-
cere Ioannem mortuum, quẽ puto potius viuũ
ad æternas delicias euocatum. Præterea si mor
tuus sit: vbi sunt cineres eius, vbi ossa, vt & cæ-
terorum sanctorũ, cuius, si cuiusquã alius, cor-
porales exuuiæ vel maxime essent veneratione
dignę? Sed id obiter, cum minus ad rem nostrã
faciat: dictum sit. Nã illud solum in re nostra
erat: cum dominus passus est, Ioannem Euan-
gelistam duorum & triginta fuisse annorum, vt
iam ex Melitonis historia et Hieronymo vi-
sum est, & ad summum vno anno ętate CHRI-
STO inferiorem, immo, si id verum sit quod
de hac re in Apologetico pro Anna scribitur,
44 solum tribus mensibus. ¶ Hinc fit: vt ado-
lescens ille euangelicus (de quo Marcus. Ado- Marcus
lescens autẽ quidam sequebatur eum, amictus 14
sindone super nudo: & tenuerũt eum, at ille: re-
iecta sindone, nudus profugit ab eis) non fue-
rit Ioannes Euangelista. neq; enim qui natus
esset secundũ et trigesimũ annũ, diceretur ado-

leſcens : aut quod habet Marcus, νεανίσκοσ,
id eſt adoleſcentulus . Adde etiam : ꝙ Ioan=
nem fugiſſe, non ſecutum fuiſſe, continuo ante
Marcus ſignificauerat idem Euangeliſta, dicens. Tunc
14 diſcipuli eius relinquẽtes eum: omnes fugerũt.

¶ Stulta igitur & inepta eſt pictura, & inaccõ= 45
modata rẽpſentatio imberbis iuuenis in cœna
domini, ſe reclinãtis in ſinum eius: quaſi domi
nus propter ętatem iuuenilem, aut corporis ele
gantiam, tanq̃ fluxæ formæ amator, plus cęte=
ris eum dilexiſſet, & nõ potius ob ſanctitatem
& mentis puritatem qua ipſe Ioãnes cæteros
diſcipulos, vt Enoch cæteros ſui tẽporis viros,
& Helias ſui, præcellebat. Cui dominus vni
omnium maxime Apoſtolorũ et Euãgeliſta=
rũ ſecreta credidit cœleſtia: & ſacram futurorũ
Apocalypſin vſq; ad aduentum ſuum, quæ &
õnia viuus videre poſſet. Pingatur ergo Ioãnes
proximus domino in cœna aſſeſſor, virili for=
ma vt propemodum CHRISTO coæuus: verẽ=
da poſt CHRISTVM maieſtate, & eleganti ſta=
tura, quali & frater eius Iacobus erat. & hæc
pro decoro & decẽtia fuerit Ioannis εἰκονογρα=
φία. ¶ At inquies imberbem facimus: nõ pro= 46
pter ætatem, ſed propter virginitatem. ¶ Cur
non igitur eadem de cauſa potius CHRI=
STVM depingis imberbẽ? Cur non Ioſeph
virũ MARIAE? Cur non Paulum apoſtolum?

Fateor equidem libere, picturæ aliquot cœnæ domini mihi aliquando displicuere, & etiam ea quæ, nisi memoria me fallit, visitur Mediolani in quodã cœnobio, non ob artificium pictoris qui vere in arte illa insignis fuit, sed quia decorum ille nequaq̃ obseruauit. quandoquidẽ Ioannem, magis puellam referentem q̃ virum, et q̃ apostolum: ad latus CHRISTI collocauit. Sed hoc ei facile condonaui: non nescius, ꝙ

• Pictoribus atqꝫ poetis
• Quodlibet audẽdi semper fuit æqua potestas.

Attamen is error, si dicẽdus error, ad pictores vsqꝫ defluxit: ꝙ intellexerint ab ijs qui perparũ scripturas scripturarũqꝫ intelligentiã atqꝫ cõcordiã hoc in loco aduerterũt, Ioannẽ in passi-

47 one dñi fuisse adolescentẽ. ¶ Sed vt eo reuertamur vnde sumus digressi: satis hic fuerit pro instituti nostri ratione, nosse Salomen non fuisse propriã Annæ filiã. quare: neqꝫ sororem MARIAE, sed ne dictã q̃dẽ. Et cũ Zebedęus, frater Ioseph nõ legatur: nullã cognosci inter CHRISTVM vna ex parte, et filios Zebedęi ex altera, intercessisse cognationis affinitatem, neqꝫ lege,

48 neqꝫ natura. ¶ Verũ hic q̃res. Cũ Maria Cleophę & Salome nõ fuerint re vera filię Annę, neqꝫ germanæ neqꝫ vterinæ sorores MARIAE, & Ioseph ad CHRISTVM nihil (nisi forte quatenus de Dauid descẽdebat) attinuerit: quos er-

go putabimus ſecundũ carnẽ et naturã, CHRI-
STO fuiſſe propinquiores? ¶ Maxime õniũ:
virginẽ matrẽ eius. deinde: Ioachim & Annã,
auum & auiam. Poſt quos, deſcendendo: Eli-
Lucas 1 zabeth matrem Ioannis Baptiſtę. Et ecce (in-
quit angelus ad MARIAM) Elizabeth cognata
tua: & ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua. Poſt
Elizabeth: Ioannẽ Baptiſtã. nam hæc propin-
quitas ſecũdũ carnẽ: eſt ex parte virginis. ſum-
pſit autem CHRISTVS carnem de matre ſola:
et nihil de terreno patre. ¶ Quo fit: vt propin- 49
quior CHRISTO natura & ſecũdũ carnẽ credi
debeat Ioannes Baptiſta, q̃ filij Mariæ Cleo-
phæ, qui conſobrini ſecundũ carnem & fratres
dñi dicti fuerunt. Nam hi, vt viſum eſt: ratione
patris, a quo nihil ſecũdũ carnẽ CHRISTVS aſ-
ſumpſit, tales dicti ſũt. Ioãnes autẽ ratione ma
tris, a qua ſola carnẽ CHRISTVS accepit. ¶ Cõ 50
ſtat igitur õni ex pte: MARIAM dei matrẽ, vni-
cã Annę fuiſſe filiã. itẽ ex ijs tribus, quas An-
nę filias tribuebãt, ſingulã quãq; nomine Ma-
riã vocãtes: vnã ſolã eſſe Annæ MARIAM. Et
iſup earũ: nõ treis, Marias eſſe dictas, ſed duas
dũtaxat, vnã MARIAM dei matrẽ, alterã Ma-
riã Cleophę. tertiã autẽ: ſolum dictã Salomẽ,
nõ Mariã. Poſtremo ſecundã dictã MARIAE
virginis ſororẽ, & id lege: tertiã autẽ, ſororẽ vir
ginis nuſquã dictã. ¶ Quo fit vt Maria Cleo- 51

phæ,modo quodã dici potuerit Annæ filia: ea lege scilicet qua duæ quæ se vocãt sorores,suas vtriusq; vicissim matres, matres appellãt. Sed ea consuetudine: Cleophæ quoq; mater,virginis mater appellari posset, & virgo eius filia, qua & vxor Cleophæ filia Annæ diceretur.

52 ¶ Et si q̃ras:quot MARIA dicetur habuisse sorores? ¶ Respõdeo, ꝙ vnã dũtaxat legitur habuisse Mariã Cleophæ, Neq; aliã Cleophas frater Ioseph,legitur habuisse vxorẽ. Et soror (inquit) matris eius Maria Cleophę:vbi dicit Ioannes 19

53 soror,& nõ sorores. ¶ Sed inquies:alio loco dicitur, Nõne mater eius dicitur MARIA? Et subditur,& sorores eius oẽs apud nos sunt? ¶ Dicitur: sed nõ de sororibus MARIAE,verũ de ijs quę dicebãtur sorores CHRISTI.& illę erãt filiæ Cleophę,quotquot erãt:de q̄bus nihil aliud scriptura sacra meminit. Matthæus 13

54 ¶ Q̄ꝫ si percõtari pergas. Venerabimur ne Mariam Cleophę,et Salomẽ? ¶ Venerabimur certe: tã̄q̄ sanctas & CHRISTO plurimũ officiosas mulieres, et vtriq;,cũ filio,tũ supsanctę virgini matri eius plurimũ fideles atq; dilectas. Et si vis etiã tã̄q̄ virginis matris sorores:sed pio charitatis affectu sorores,quomodo & apostoli dicũtur, CHRISTI filij dei,fratres(vt apud Mattheũ.Ite (inqt) & nũciate fratribus meis: vt eant in Galilæã) nõ tã̄q̄ proxima sanguinis carnisq; affinitate. Nã Matthæus 28

in scripturis diuinis (auctore Hieronymo) quatuor modis fratres dicuntur: natura, gente, affectu, cognatione. Natura vt Petrus et Andreas, Iacobus & Ioãnes. Gẽte: vt õnes Hebræi inter

Psalmus 21 se. Affectu: vt id in Psalmis. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Cognatione: vt Abrahã & Loth fratres dicũtur, queãdmodũ habetur Ge

Genesis 13 neseos. 13. Dixit Abrahã ad Loth. Ne quæso sit iurgiũ inter me & te: & inter pastores meos et pastores tuos. fratres enĩ sumus. Q. si tot modis, natura scilicet, gẽte, affectu, cognatione fratres dicũtur: totidẽ nimirũ dicentur & sorores. Sic igitur Maria Cleophæ: etsi nõ natura, gẽte tamen, affectu, et quodãmodo cognatione, saltem lege, soror erat MARIAE. Et Salome: gẽte & affectu. Quare qui hoc modo has sãctas, & vere sanctas, mulieres veneratur, & vocat virginis sorores: rite veneratur, & recte vocat. qui secus: homonymia huius vocabuli soror, luditur. ¶ Hactenus scribendi laborem protraxeram: cum superuenit quidam amicorũ, ac pro sua in me beneuolentia solicitus me cœpit admonere. Vide (inquit) mi Faber: quid moliris? Vide in quod discrimen te coniicis? Declamatores enim publici conscendent cathedras, & aduersũ te vociferabuntur: ꝙ cõtra ritũ ecclesiæ facias & eundẽ euertas, deuotionẽ populi sanctorũq; venerationẽ iminuas, et iã or- 55

dinata ab ecclesia receptaq; impugnes.ac sic tã-
dẽ: te impietatis reũ agẽt. Si pro Magdalena
tantus clamor exortus est,cũ nihil subtraheres
sed adderes: quid putas futurum, vbi hic duas
Annæ filias tollis,& vnã solã illi,contra vulgi
opinionẽ, relinquis? Nõne dicẽt, nõ esse veri-
simile ecclesiam tanto tempore errasse: neq; id
deũ permisisse,& omnino præsumptionis esse,
vnum hominem velle nunc oppositũ scribere?
Immo forte exclamabunt vt populus conci-
tetur: hunc in modum.

Ferte citi flãmas,liber ardeat,ardeat auctor.
quãuis neq; pia CHRISTI hospita Magdale-
na,neq; Anna,neq; tu quicq̃ tale promerueris.

¶ Quem cum viderẽ propemodũ solicitudine
mei illachrymantẽ : primum pro beneuolẽtiæ
erga me officio, gratias habui,mox hæc verba
subiunxi.Nulla formidine quatior.Veritas &
pietas:me reddunt securũ.Neq; periculi quicq̃
ibi esse posse puto:vbi falsitas a CHRISTI fide-
liũ pectoribus depellitur, & veritas manifesta-
tur.Magna mihi omnino fiducia est aduersus
omnem calumniam,si quæ surgat : in domino
nostro IHESV CHRISTO, in superbeatæ ma-
tris eius auxilio,in sanctissimæ Annæ,in Ma
gdalenę & aliarũ sãctarũ mulierũ,pro quarũ
honore,falsitatũ tenebras discutere,et veritatis
lumẽ,nõ sine(vti puto)superno impulsu ape-

rire certo. Q đ et in ōnibus operibus: Chrysostomū, Cyrillū, Ambrosiū, Hieronymū, Augustinū, generose tētasse video. Nā siquis error in plebem irrepebat: eū protinus aut auctoritate, aut scripto amputabāt. Hos, etsi nō pro ea qua deceret, dignitate: vtcunq; tamen possum, imitor. Prętereanōne deus omnibus tēporibus ijs hominibus qui mēte valerent, quiq; in ocio versarētur literario, verū et falsū in mediū proposuit discutiēda: voluitq; victoriā semp apud partes veri remanere? Certe i ijs maxime q̄ ad rē ecclesiæ suæ facerēt: id ipsum voluisse putandū est. cū ipse sit (vt ipsa nos sancta mater nostra instruit ac docet ecclesia) veritatis amator et auctor. Et quomodo alioqui essent filij ecclesiæ, iuxta sanctā Petri apostoli admonitionē, semper ad satisfactionē parati vnicuiq; poscēti rationē: nisi vera & rationabilia essent quæ ecclesia sectatur? Nonne fides: verorum solum habitus est, non etiam falsorum? Nonne falsorum: error? qualis re vera esset recipere, Annā tres habuisse viros, & tres habuisse puellas? Si alienus a fide, oppositum huiusmodi errorum diceret, & non sine valida ratione veritatē propalaret: nōne cum rubore veritatē recipere cogeremur? Quātomagis ergo veritas recipi debet: si a quopiā domestico fidei & amatore veritatis ostēditur: vbi neq; cōfusio, neq; verecū-

dia vlla apud recipiẽtes locũ habet? ¶ Neq; ea cognita, siue de Magdalena, siue de Anna: supprimere satius esse arbitror, q̃ emittere. quãdoquidẽ hæc: cõmenta dæmonis, in harũ sanctarũ contumeliã & multorũ perniciẽ esse videntur. Nã Annę tres viros tribuit tanq̃ cõcupiscẽtiæ et voluptatis etiã in senili ętate amicę: vt ea dehonestata, infametur dei mater quasi ex concupiscentia genita sit, & subinde CHRISTVS quasi itidem genitus ex ea quę obnoxia fuerit peccato. Deinde, vt Annę iam senio confectę exẽplo, malitia serpẽtis inducto: multi, cũ viri, tũ mulieres, in perditionem suam habenas incõtinẽtiæ soluãt, & seniores ac vetulę ad secundas & tertias nuptias secure conuolent, Annã deiparæ virginis matrẽ, CHRISTI dei auiã, velamen erroris sui obtendẽtes. Cũ tamẽ Paulus ad Timotheũ de viduis loquẽs: id solũ adolescẽtioribus cõcedat. Volo autẽ (inq̃t) iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullã occasionẽ dare aduersario, maledicti gratia. Nõ dicit seniores, aut vetulas. Sed nũq̃d vetulę: procreãdis etiã liberis sunt idoneę qui nuptiarũ sunt finis, & coniugij vinculũ? Quare q; iterum nubãt eiusmodi: nõ est meũ consilium, neq; apostoli institutũ. Quinetiã Mariã Marthæ sororẽ, infamat: vt pariter CHRISTVM infamare possit, qui ea vt familiari et chara hospi

1. Timoth. 5

Ioannes ta vtebatur. Diligebat autem (inquit Ioannes)
11 IHESVS Marthã, & ſororẽ eius Mariã, & La-
zarũ. Sed & Mariã: in amicitia, Marthæ præ-
Lucas ferre videbatur. Martha Martha (inquit) ſoli-
10 cita es, & turbaris erga plurima. porro vnũ eſt
neceſſariũ. Maria optimã partẽ elegit: quæ nõ
auferetur ab ea. Mox: vt ſequacibus CHRISTI
vel ſanctioribus, qualis debet eſſe clerus, auda-
ciã inſerat, licẽtius domos peccatricũ ſubeũdi,
& cũ notatis mulierculis conuerſandi. Et quis
re vera q̨ in ſimplicitate talia de Anna, aut Ma
ria Magdalena ſorore Marthę dixerũt aut ſcri-
pſerunt, nihil tale intẽderint: iſte tamẽ aſtus eſt
maligni, qui ad decipiendas animas callidiſſi-
mus eſt ſophiſtes. ❡ Quare O amice qui me tã 58
ſolicite admonuiſti: nihil deterreri debere mihi
videor, ne aduerſum me declamitẽt. Quin poti
us eos admonere debueras: quo minus id aude
rẽt, ne protinus in ſuſpitionẽ aut ignorãtię, aut
inuidię, maleuolẽtię ve alicuius venirẽt. Et dece
re potius eos meminiſſe, ſuũ eſſe officiũ: popu-
lo maniſeſtare veritatẽ, & eũ a falſitatis errore
purgare. Suũ eſſe officiũ: ſuo exẽplo docere po
Matthæus pulũ ſequi dominicũ hoc præceptum. Si pecca-
18 uerit in te frater tuus: corripe eũ inter te et ip-
ſum ſolũ. Suũ eſſe officiũ: nõ detrahere neq; pri
uatim neq; publice. Nõ facere videri peccatũ,
qđ nõ eſt peccatũ. Nõ dehoneſtare fratrẽ. Nõ

facere eũ publice reũ peccati:priusq̃ sit admonitus, immo priusq̃ peccauerit. nisi peccatũ duxerint esse: defendere charam dei hospitã, & virginẽ semper sanctã, ac Annã auiã dei, ab iniusta dedecoris infamięq; nota. Pręterea certamẽ hoc, literatorũ esse, nõ vulgi: quod maiorũ more, scriptis, nõ inanibus acclamationibus neq; cq̃ in aera profusis, dirimendũ est, si nõ potius acquiescendũ q̃ dirimere tẽtandũ. sũt enĩ auditores auriti, sũt docti, sunt beneuoli multi. Quinimo fieri nõ posse: vt in suspitionẽ libẽter falsa prædicãdi nõ facile venirẽt, qui apertã refutarẽt veritatẽ.

59 ¶ Quapropter eos q hac de re ad populũ verba facturi sunt, in charitate CHRISTI oratos velim: ne aspernẽtur, diligẽter et trãquillo pacatoq; animo opusculũ hoc euoluere, et omnia pro veritate loqui. Nullus eos sinister affectus torqueat: sed solus CHRISTI & veritatis amor ad loquẽdum moueat. Neq; existiment: veritatẽ posse sẽp tegi aut latere. lux enĩ non absconditur: neq; sanos offendit oculos. Neq; legẽ nostram, similẽ legi Arabũ censeãt falsa veris plurima intermista habẽti: sed syncerã, sed verã, sed purã, non insaniæ cæcutiẽtis vulgi cõmittendã, nec ferro aut igni vt illã, sed ratione, pietate, & religione defẽdẽdã.

60 ¶ Præterea ritũ ecclesię, quod ais eos dicturos, nõ tollimus: sed monemus, præuia rationis luce, ab-

usum submouendũ. neq; ritũ vocamus: qđ rite nõ fit, sed ei qđ rite fit, cõtrariũ est. ¶ Nec deuotionẽ populi minuimus, neq; venerationi sanctorum quicq̃ detrahimus: sed cupimus veram deuotionẽ venerationẽq; augeri, & stultã (ad quã vel maxime diabolus impellit: & quę potius superstitio est) tolli, quã (si innouabitur nouo spiritus sãcti illapsu cœlestiq; fauore ecclesia: vt nostro tẽpore sancti homines nõ pauci ꝑdixere) explodet posteritas. ¶ At quomodo inquies deuotionẽ populi nõ iminuis, quomodo venerationi sanctarũ mulierũ nõ detrahis: cum omnino tollis honorẽ, sanctis illis mulieribus tribui solitũ? siquidẽ: tanq̃ veræ, virginis matris dei sorores venerari solitę erãt. Id autẽ tollis. ¶ Quid ni tollerẽ: nõ honorẽ profecto, sed Annę, immo virginis omnino singularis & cui nulla par est, dedecus? Quomodo enim illis possit esse honori: quod in earũ ignominiã vergit, quibus mũdus meliores, honoratiores, sanctiores, nullas vnq̃ habuit, neq; habiturus est? Volebat olim insanus Eluidius pessimũ Sathanæ organũ, Iacobũ, Simeonẽ, & fratres eius, qui dicebantur fratres domini, honorari tanq̃ proprios MARIAE & Ioseph filios, in deiparæ virginis probrũ, in Ioseph iusti infamiã, imo & in CHRISTI regis æterni ignominiã. Nũqd dices illis honori fuisse: si diabolico mẽ

dacio venerati fuissent tanq̃ proprij filij virgi-
nis plusq̃ intemeratæ? Nequaq̃ profecto. Simi
li ergo ratione: neq; honori esse posse puta illis
sanctis mulieribus, si venerentur tanq̃ propriæ
62 virginis sorores, & veræ filiæ Annæ. ¶ Nec
ordinationẽ Ecclesiæ impugnamus. nam cum
Ecclesia sancta sit, sine macula, & sine ruga:
sanctam habet veramq; institutionem. & quæ
instituit: vere sancteq; instituit. Quare si qua
in templis canuntur, ficta, falsa, ridicula: nihil
veriti inficiabimur sanctam ecclesiam illa insti
tuisse, sanxisse, approbasse. sed potius aliquem
nimia simplicitate deceptum: aut forte quen-
dam rabulam qui organũ patris mendacij fue-
rit, non CHRISTI qui est via, veritas, & vita.
Quid enarrem mythologias, locustas ex oui-
bus factas, saxeum pastorẽ, ouem in vẽtre præ-
donis ballantẽ, asinũ ex mortuis rediuiuũ rudẽ
tẽ: cũ fidei nostræ nõ sit credere has metamor-
phoses, & hãc pecorũ & iumentorũ anastasin,
sed vt veritas habet, hominum? quæ nihilomi-
nus in sacris canũtur ædibus. At nunquid hæc
& innumera id genus absurda, approbauit
ecclesia? Absit, ecclesiam fidei matrem, & do-
ctricem veritatis, faciamus magistram erroris.
63 ¶ Et quod ais de clamore in Magdalenã, san-
ctam dei hospitam, exorto: dedecoris nota po-

re, qui aut contempſerant, aut minus diligen-
tes fuerant, illa videre, euangelica ratione &
maiorum auctoritate fulta, quæ nulla ratione
refutare perridicule moliebātur. forte ſibijpſis
belle viſi perſuaſi: ꝙ ſemper ita, aut audierāt,
aut ad populū declamitauerāt. Neqꝫ dicimus:
eccleſiam tāto tēpore erraſſe, aut id deum per-
miſiſſe. Eccleſia etenim ſācta catholica & apo-
ſtolica, quā credere debemus: nō errat, ſed qui-
dā particulares in ea. Ad quorū errores diſcu-
tiēdos ſi quē deus illuminat: nō illi ad præſū-
ptionē imputandū eſt, ſed dei beneficiū agno-
ſcendū, qui ſua bonitate omnibus tēporibus lu
cet: vno ſubobſcurius, alio clarius. Qꝫ ſi qui eti
am & mihi & libello publice ignem impreca-
būtur: aduerſus huiuſmodi ignē, rorem cœle-
ſtē quo ille reſtiguatur implorabo, et illis igno
ſcā, neqꝫ moleſte ferā niſi quatenus ipſi ſeipſos
lederēt, offenderētqꝫ deū, quod ipſe nollē. Inſu
per & id rogabo: vt dominus noſter IHESVS
CHRISTVS, in me, & in eos, & in ōnes imittat
ſuæ charitatis ignē, vt luceat in cordibus ōniū
veritas, & intelligēdarū ſcripturarū cūctis oria
tur amor, vt deū ī ſpiritu & veritate colamus.
¶ Sed nūc ad ſāctas mulieres: ſermo noſter re-
currat. Celebrabimus ne ergo: Mariæ Cleo-
phæ, & Salomes ſolēnia? ¶ Quidni? & offici-
oſe quidē, pie & religioſe: ſed nō vt propriarū

filiarũ Annæ, non vt vterinarũ ſororum MARIAE. Nam & id falſum eſt: & maligni (vt dictum iam eſt) impoſtura. Cæterum quã dicũt Mariã Salomæ nequaquã venerabimur: quia nulla eſt. quã cũ tollimus: nihil tollimus, niſi forte craſſam inſulſamq; barbariẽ. Neq; pręter vnũ Ioachim, Annę maritos vllo venerationis ritu dignabimur. quandoquidẽ id: ſuperſtitio eſt, Annæ virginiſq; partus eius dehoneſtatio, & matronarũ ſubuerſio. Licet tamen impẽdio venerari Cleophã, tanq̃ triũ apoſtolorũ patrẽ: & eadem ratione Zebedæum. Salomã autẽ virum neſcimus vllũ, niſi fictũ: quem cum reijcimus,

65 figmentũ reijcimus. ❡ At hic forte quiſpiam rogabit: ſi venerabimur, quo præſertim tẽpore, hæc illis veneratio reddenda ſit. ❡ Cui paucis ſatiſfacere nitemur, reſpõdẽdo: maiores noſtros Cleopham ſeptimo calẽdas Octobris celebrandũ cenſuiſſe. Quare & iuſtũ eſſe: Mariam Cleophę eundẽ ſibi diem retinere ſolennẽ. Sanctã vero Salomen, auctore Hieronymo in martyrologio ſuo: vndecimo calendas Nouẽbris celebrari ſolitã eſſe. Quo fit: vt par ſit eodẽ die virum eius Zebedæũ duum apoſtolorũ patrem, officiſe honorari. Quãq̃ ſunt qui ſanctas mulieres, dominicę reſurrectionis nũcias: ſexto calẽdas Aprilis venerãdas cẽſeãt. ꝗ hic

quorũ deuotioni nõ reluctor. Immo si decimo septimo calẽdas Iunias triũ sanctissimarũ mulierum, MARIAE deiparæ, Mariæ Cleophæ, & Salomes solennis celebretur memoria: perplacet, & magis etiã: si quotidie pio venerationis cultu earũ imploremus auxilium. Vbicunq; & quandocũq; colũtur: illas colere volo, in omnibus tamen prudentiã desyderãs, ne cultui, spiritus & veritas desint vnq̃. ¶ Q; si rogare pergat. Quo Ecclesiastico officio: illas sanctas apostolorũ matres, & hos sanctos apostolorũ patres venerabimur? ¶ Respondebimus, officio ecclesiæ cõmuni, tum sanctarũ matronarũ, tum confessorũ, aut quopiã alio nouo pro dignitate cõcinnato. Nã ab eo quod nũc quibusdã in locis cani solet: abstinendũ cẽsemus. Quomodo eni tu quẽ deus veritatis luce irradiauit: orare poteris, aut orantẽ, psallentẽve hæc, audire?

F . Istæ duæ sunt sorores
F.V . Stellæ maris, & sunt flores
F . Pares, pari nomine.
F . Nam Mariæ sunt vocatæ:
V . Prole sancta sunt dotatæ,
V . Plenæ sancto flamine.
F . His duabus Anna mater,
V . Sed non fuit vnus pater:
V . Cum MARIA virgine.
F . Nam Ioachim & Cleophas


F. Annæ nubunt & Salomas:
F. Subſequentí ordíne.
V. Prímus gignít CHRISTIFERAM,
F. Cleophas gígnít alteram,
F. Et Salomas tertíam.

Hæc ínquã quæ decẽ falſa contínent & vera pauca, & alía íd genus multa: quæ certe propría reclamãte conſcientía, orare nõ audebís. et ſi forte quẽpíã orantẽ audías: deuotíonẽ tuã, falſitatís ratione, deíjcíẽt. Neq́ꝫ putauerím vnq̃ offícíum hoc quod nunc ín vſu multís ín locís habetur: a pontífice quoquã círcũſpecto fuiſſe
67 approbatũ. ¶ Et vtínã accurata cenſura círca ea quę ín ſacrís tẽplís legũtur, adhíbíta: ſeuera tandem íudícíj líma, falſa & ſuperflua reſecentur, vera autẽ & ædificationí neceſſaría íntacta remaneant, ne poſthac quí aut íudício carent, aut ſuo ducuntur affectu: índoctís vulgí aurí-bus ínſibílare auſint eccleſiam recepíſſe, nec lícere de talíbus alíter quícq̃ aut loquí aut ſcribere, quomodo Arabes loquũtur de ſuo Alchorano. quaſi quí verítatẽ loquitur, ſanctas & veras approbans ſcrípturas, & errantíũ detegens ínſcítíã: artículũ fídeí negaſſe vídeatur. Deus melíora velít, facíatq́ꝫ omnes ín eccleſía ſua ſancta, vigiles pontífices: & præuía verítatís ſuæ luce veraces ac verorum amatores publícos no

teruētu nobis obtineāt virgo singularis, cū Anna solinuba matre, Magdalena, Maria Cleophæ & Salome sanctæ apostolorum matres cū coniugibus suis, sedulæ olim necessitatibus CHRISTI qui nos ab æterni fati necessitate liberauit ministræ, eumq; per loca sanctæ prędicationis eius secutæ magno θεοσεβείας ardore. Cui cum æterno patre & spiritu sancto superbono: superimmensus honor in incompręhensibilia sæculorum sæcula. AMEN.

M Disceptationis de Maria Magdalena, Triduo CHRISTI, Et ex tribus vna MARIA: ad dei gloriam, Euangelistarum concordiā, & Annę, MARIAE, atq; reliquarum sanctarū mulierū honorē T

FINIS.



A